[15] Ecbathanis Mediae provinciae metropolis est, quam superius diximus a Deioce rege Medorum conditam, sed quia modo praesens historia eam aedificatam esse ab Arfaxath civitatem potentissimam murorum nimia celsitudine atque amplitudine, turrium altitudine narrat, possumus eam intellegere a Deioce primitus conditam sed ab Arfaxath amplificatam. [16] Sicut et Iosephus narrat Daniele prophetam sub

autem Phraates annis viginti in memorata gente regnavit<sup>28</sup>. Post hunc Cyaxarus sive Diocles annis triginta duobus<sup>29</sup>, qui moriens imperium<sup>30</sup>

Astyagis ex filia regno privavit, ac regnum Medorum in Persas transtulit et Babyloniam vastavit, ac regnum illius penitus destruxit, interficiens Baltassar<sup>31</sup> abnepotem Nabuchodonosor regis Babylonis, iuvante sibi Dario, ut Iosephus testatur<sup>32</sup>, propinquo suo, filio utique Astyagis, annos aetatis habente sexaginta duos. Haec autem ideo posuimus, ut lector diligens aliquam notitiam regum Assyriorum atque Medorum in praedicto opere breviter a nobis succinctam inveniens, paratius agnitis regum successionibus historiae indagare possit veritatem, cui maxime praedictorum regum ordo narrationis conveniat.

Caeterum Eusebius in Chronicis suis asserit Cambysem filium Cyri, qui post patrem triginta annis regnantem octo annis in Perside regnavit, ab Hebraeis secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Judith historia conscripta sit<sup>33</sup>. Sed quia ipsa historia Arphaxad dicit esse regem Medorum, et Nabuchodonosor regem Assyriorum, qui regnaret in Ninive, ipsumque Nabuchodonosor superasse regem Medorum, et obtinuisse eum, non inveno quomodo regnum Assyriorum a Medis atque Persis destructum atque vastatum rursus praevaluerit ipsis Medis, si Cambyses Nabuchodonosor esse intelligatur, nisi forte dicamus quod ipse Cambyses, quia gentes finitimas inpugnare et Aegyptum superasse describitur, cum regnum Assyriorum atque Persarum eo tempore unitum erat, aliquem regem, nomine Arphaxad, in Media repugnantem vicerit, ac suo imperio subjugaverit. Sed ad hanc opinionem sequendam neminem invitum trahimus, eligat quisque quod sibi utile videatur tantum ut sensus ejus veritati non discordet.

«Et ipse aedificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbathanis ex lapidibus quadratis et sectis: fecit muros ejus in altitudinem cubitorum septuaginta, et latitudinem cubitorum triginta, turres vero ejus posuit in altitudinem cubitorum centum.»<sup>34</sup>

Ecbathanis Mediae provinciae metropolis est, quam superius diximus a Dejoco Medorum rege conditam, sed quia modo praesens historia aedificatam esse ab Arphaxad civitatem potentissimam murorum nimia celsitudine atque amplitudine, turrium altitudine narrat, possumus eam intellegere a Dejoco primitus conditam, sed ab Arphaxad amplificatam; sicut et Iosephus narrat Daniele prophetam sub Dario rege in eadem

vent'anni. *Dopo di lui* per trentadue anni Ciassare, o *Diocle*, che, morendo, *[lasciò] l'impero [ad Astiage, che* *Ciro re dei Persi – suo nipote,* per il tramite della figlia, *[dello stesso]* Astiage - privò del regno e trasferì il regno dei Medi ai Persi e devastò Babilonia, e distrusse completamente il suo regno<sup>52</sup>, uccidendo Baltassar figlio del pronipote di Nabucodònosor re di Babilonia, con l'aiuto di Dario - come attesta Giuseppe – suo parente, di certo figlio di Astiage, di sessantadue anni di età. Pertanto abbiamo messo queste perché il lettore diligente, reperendo qualche notizia dei re degli Assiri e dei Medi da noi ricavate in breve dall'opera suddetta, possa indagare con maggior preparazione, conoscendo le successioni dei re, la verità della storia, cui giova soprattutto la narrazione ordinata dei predetti re.

D'altronde Eusebio, nel suo Chronicon, asserisce che Cambise, figlio di *Ciro*, che regnò per trent'anni dopo il padre, e regnò otto anni in Persia, dagli Ebrei era chiamato "secondo Nabucodònosor"; sotto di lui sarebbe stata scritta la storia di Giuditta. Ma poiché questa storia dice che Arfaxad è re dei Medi e Nabucodònosor re degli Assiri, che regnava in Ninive, e che lo stesso Nabucodònosor vinse il re dei Medi e lo tenne prigioniero, non trovo come il regno degli Assiri distrutto dai Medi e dai Persi e devastato di nuovo prevalse sugli stessi Medi, se si intende che Cambise fosse Nabucodònosor; a meno che per caso diciamo che lo stesso Cambise, di cui si descrive che abbia attaccato i popoli confinanti e vinto l'Egitto, poiché il regno degli Assiri e dei Persiani in quel tempo erano uniti, abbia vinto un qualche re, di nome Arfaxad, che si opponeva nella Media e lo abbia soggiogato al suo impero. Ma non azzardiamo alcun invito a seguire questa opinione; ciascuno scelga ciò che gli parrà utile, basta che il suo significato non discordi dalla verità.

«Ed egli stesso edificò una città fortissima, che chiamò Ecbàtana, con pietre quadrate e tagliate; e fece le sue mura di settanta cubiti di altezza, e trenta cubiti di larghezza, e diede alle sue torri l'altezza di cento cubiti.»

Ecbàtana è una metropoli della provincia di Media, che sopra abbiamo detto fondata da Deioce re dei Medi, ma poiché ora la presente storia la racconta come edificata da Arfaxad, città potentissima con mura eccezionalmente alte e ampie, e con alte torri, la possiamo intendere come originariamente fondata da Deioce ma ampliata da Arfaxad. Come narra pure Giuseppe, il profeta Daniele, sotto il re Dario, in questa città

<sup>28</sup> Cfr Hieron., Interpret. Chronicae Eusebii, lib. II, "Medorum reges", col 253: "Phraortes annis XXIV."; Wikisource: "Phraortes 24".

<sup>29</sup> Cfr Hieron., Interpret. Chronicae Eusebii, lib. II, "Medorum reges", col 253: "7. Cyaxares annis XXXII."; Wikisource: "Cyaxares 32".

<sup>30</sup> Cfr Hieron., Interpret. Chronicae Eusebii, lib. II, col 375, nota e: "Cyrus Medorum destruxit imperium, et regnavit Persis subverso rege Medorum Astyage. Regnaverunt Medi super Assyrios annis CCCLIV:."

<sup>31</sup> Cfr Hieron., Interpret. Chronicae Eusebii, lib. II, "Medorum reges", col 253: "8. Astyages annis XXXVIII. / Anni CCLIX. / PERSARUM REGES. / Sublato Medorum imperio, regnat primus apud Persas / 1. Cyrus annis XXXI.

<sup>32</sup> Cfr Giuseppe Flavio "Antichità Giudaiche", lib. X, XI, e in particolare 4 (248-249). Mi servo di Giuseppe Flavio "Antichità Giudaiche" a cura di Luigi Moraldi, UTET 2023

<sup>33</sup> Cfr Hieron., Interpret. Chronicae Eusebii, lib. II, col 378, nota l: "II. CAMBYSES annis VIII. / Cambysen ab Hebraeis secundum Nabuchodonosor vocari: sub quo historia Judith, quae Holophernem interfecit, scribitur."

<sup>34</sup> Gdt 1, 1-2 Vulg. Riporto anche il v. 3 di Vulg., suggerito dalla ed. critica: "3 Per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas ejus in altitudinem turrium: ". Ed ecco i paralleli vv. 2-4 di NCEI: "2Questi edificò intorno a Ecbàtana mura con pietre tagliate della misura di tre cubiti di larghezza e sei cubiti di lunghezza, portando l'altezza del muro a settanta cubiti e la larghezza a cinquanta cubiti. 3Alle porte della città costruì le torri murali alte cento cubiti e larghe alla base sessanta cubiti; 4costruì le porte portandole fino all'altezza di settanta cubiti: la larghezza di ciascuna era di quaranta cubiti, per il passaggio del suo esercito e l'uscita in parata dei suoi fanti."

<sup>52</sup> In questo caso ho ritenuto che, integrando il testo con la parte presente solo nell'edizione critica, il discorso scorra in modo molto più lineare. Anche questo passo dipende chiaramente da Orosio, presentandosi come un centone in cui compaiono brevi passaggi testuali dell'originale (che in italiano evidenzio con il corsivo), Eccone una breve scelta da I 19, 5-6. 8. 10.: "Post hunc Diocles regnavit, vir armis expertissimus semperque bellis immoratus; qui auctum late imperium, moriens Astyagi dedit. Astyages, virili prole vacuus, Cyrum nepotem apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus mox ut adolevit congregata Persarum manu avo certamen indixit. / Astyages ... ipsi Harpalo summam belli committit, qui acceptum exercitum statim Cyro per prodicionem tradit. / Ibi tunc Astiages capitur, cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit, eumque maxime Hyrcanorum genti praeposuit. In Medos vero reverti ipse noluit. Is finis imperii Medorum fuit."; e in italiano: "Dopo di lui ebbe il regno Diocle, uomo espertissimo nelle armi e sempre impegnato in guerre; egli, morendo, lasciò ad Astiage un dominio largamente accresciuto. Astiage era senza figli maschi, ma aveva un nipote, *Ciro*, nato in Persia, il quale, appena fu adulto, raccolse una schiera di persiani e dichiarò guerra all'avo. / Astiage ... volle affidare proprio ad Arpalò la direzione della guerra. Costui, avuto in sue mani l'esercito, lo consegnò subito a *Ciro*, tradendo Astiage. / Allora Astiage venne fatto prigioniero e *Ciro* si contentò di togliergli solo il regno, anzi lo mise a capo del grosso popolo degli Ircani, giacché egli non volle più ritornare tra i Medi. In tal modo ebbe fine l'impero dei Medi."

Dario rege in eadem civitate Mediae mausoleum valde praeclarum et mirabiliter nimis instruxisse, quod equidem, ut ipse dicit, manet hactenus et videntibus creditur nuper aedificatum, ita ut ea die qua conspicitur putetur esse constructum, sic eius pulchritudo nova videtur et solida nullaue senectute tam magni temporis longaevitate confecta, [17] cum aedificia eadem, quae homines patiantur et ad vetustatem perveniant, et sua fortitudine longaevitate careant ac proprii decoris amissione marcescant. Hactenus enim sepeliuntur ibi Medorum reges atque Persarum, pariter et Parthorum. Et cui haec cura committitur sacerdos est Iudaeorum, et hoc fit usque ad praesens tempus.

[18] Sequitur: «**Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Nineve civitate magna, pugnavit contra Arfaxath et obtinuit eum in campo magno qui appellatur Ragau, circa Eufraten et Tigrin et Hiadas, in campo Erioch regis Elicorum**» (Idt 1, 4-6).

[19] Per nomina locorum situs denotantur gentium, quia, ut cosmographi produnt, a flumine Indo, quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ab occasu, regiones sunt istae: Aracusia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. [20] Hae a septentrione habent montem Caucasum, a meridie mare Rubrum et sinum Persicum, in medio autem sui flumina praecipua Idaspem et Arbimin. In his sunt gentes triginta duae. Sed generaliter Parthia dicitur, quamvis Scripturae sanctae universam saepe Mediam vocent.

[21] A flumine Tigri usque ad flumen Eufraten Mesopotamia est, incipiens a septentrione inter montem Taurum et Caucasum, cui ad meridiem succedit Babilonia, deinde Chaldaeae, novissime Arabia Eudemon, quae inter sinum Persicum et sinum Arabicum, angusto terrae tractu, orientem versus extenditur. [22] In his sunt gentes viginti octo; sicque factum est ut duo potentissima regna inter se confligentes plurimarum gentium in confinibus suis comparaverint exercitus; ubi demum victoria ad Chaldaeos, sive Assyrios, concessit.

[23] Mystice autem per Arfaxath arrogantium typus atque superbiorum potest exprimi, quorum totus nisus ac labor, qui per fastum tumoris atque per elationem mentis agitur, facile in potestatem spiritualis Nabuchodonosor, hoc est diaboli, cadit. «Ipse enim est», ut Scriptura testatur, «rex super universos filios superbiae». Unde bene sequitur:

[24] «**Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor et cor eius elatum est**» (Idt 1, 7), quia quando perditorum multitudinem decipiendo ac praevalendo antiquus hostis suae subicit voluntati, tunc «elatum est cor eius», propriae illud adscribens fortitudini, non permissu divini

civitate Mediae mausoleum valde praeclarum et mirabiliter nimis instruxisse, quod equidem, ut ipse dicit, manet hactenus, videntibus creditur mirum aedificatum, ita ut ea die qua conspicitur putetur esse constructum, sic ei pulchritudo nova videtur et solida, nullaue senectute tam magni temporis longaevitate confecta, cum aedificia eadem quae homines patiantur, et ad vetustatem perveniant, et sua fortitudine longaevitate careant, ac proprii decoris amissione marcescant. Hactenus enim sepeliuntur ibi Medorum reges atque Persarum, pariter et Parthorum. Et cui haec cura committitur, sacerdos est Iudaeorum, et hoc fit usque ad praesens tempus<sup>35</sup>. Sequitur:

«Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, et obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau circa Eufraten et Tigrin, et Jadason, in campo Erioch regis Elicorum.»<sup>36</sup>

Per nomina locorum situs denotantur gentium, quia et cosmographi produnt a flumine Indo, quod est ab Oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ab Occasu, regiones sunt istae: Aracusia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. Hae a Septentrione habent montem Caucasum, a Meridie mare Rubrum, et sinum Persicum. In medio autem sui flumina praecipua Idapem et Arbimin. In eis sunt gentes triginta duae. Sed generaliter Parthia dicitur, quamvis Scripturae sanctae universam saepe Mediam vocent

a flumine Tigri usque ad flumen Eufraten. Mesopotamia est incipiens a Septentrione inter montem Taurum et Caucasum, cui ad Meridiem succedit Babilonia, deinde Chaldaeae, novissime Arabia Eudemon, quae inter sinum Persicum et sinum Arabicum angusto terrae tractu, et montem<sup>37</sup> versus extenditur. In his sunt gentes viginti octo<sup>38</sup>; sicque factum ut duo potentissima regna inter se confligentes plurimarum gentium in confinibus suis comparaverint exercitus; ubi demum victoria ad Chaldaeos, sive Assyrios concessit.

Mystice autem per Arphaxad arrogantium typus atque superbiorum potest exprimi, quorum totus nisus ac labor, qui per fastum tumoris atque per elationem mentis agitur, facile in partem spiritualis Nabuchodonosor, id est diaboli, cadit. Ipse enim est, ut Scriptura testatur, rex super universos filios superbiae.<sup>39</sup> Unde etiam sequitur:

«Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, et cor ejus elatum est,»<sup>40</sup> quia quando proditorum multitudinem decipiendo ac praevalendo antiquus hostis suae subicit voluntati, tunc elatum est cor ejus, propriae illud ascribens fortitudini, non promisso divini iudicii, et eo magis

della Media edificò in modo più che mirabile un mausoleo davvero famoso, ed esso certo, come egli stesso dice, rimane sino ad oggi e chi lo vede lo crede un edificio straordinario<sup>53</sup>, tanto da ritenerlo costruito nel giorno in cui è visto: a tal punto la bellezza gli<sup>54</sup> sembra nuova e solida e non confezionata da alcuna anzianità di un lasso di tempo tanto grande, poiché quegli edifici che ospitano gli uomini e raggiungono la vecchiaia mancano di longevità nella loro solidità e marciscono perdendo il proprio decoro. Ancor oggi infatti vengono sepolti qui i re dei Medi e dei Persiani, come pure dei Parti. E il sacerdote preposto alla sua cura è un Giudeo, e ciò avviene ancora nel tempo presente. Segue:

«E si gloriava come potente per la potenza del suo esercito e la gloria delle sue quadrighe. Ma, nell'anno dodicesimo del suo regno Nabucodònosor, re degli Assiri, che regnava nella grande città di Ninive, mosse guerra contro Arfacsàd e lo vinse nella grande pianura che è chiamata Ragau, presso l'Eufrate e il Tigri e l'Idaspe, nella pianura di Arioc, re degli Elamiti.»

Con i nomi dei luoghi si indicano le regioni delle genti, perché anche i cosmografi riferiscono: *dal fiume Indo ad oriente fino al Tigri, ad occidente, si hanno le seguenti regioni: Aracosia, Partia, Assiria, Perside e Media, poste in zone montagnose e dirupate. Hanno a nord la catena del Caucaso, a sud il Mar Rosso e il golfo Persico; nel mezzo scorrono i due fiumi principali, l'Idaspe e l'Arbis. Si contano in esse trentadue popoli, ma in generale il paese è detto Partia, benché le Sacre Scritture lo designino spesso col nome complessivo di Media.*

*Dal Tigri all'Eufrate si stende la Mesopotamia, la quale comincia a settentrione tra la catena del Tauro e quella del Caucaso. A sud della Mesopotamia ha inizio la Babilonide, e poi la Caldea, e da ultimo l'Arabia Felice, che si stende verso oriente con un'angusta striscia di terra fra il golfo Persico e l'Arabia. In queste regioni si contano ventotto popoli. E così capitò che due potentissimi regni in conflitto tra loro con molte genti nei loro confini unirono gli eserciti; col che alla fine la vittoria arrise ai Caldei, o Assiri.*

Misticamente, però, attraverso Arfacsàd, si può esprimere il tipo degli arroganti e superbi, il cui intero sforzo e lavoro, che viene compiuto attraverso l'orgoglio tronfio e l'insuperbirsi della mente, cade facilmente nel potere spirituale di Nabucodonosor, che è il diavolo. *Egli infatti è re di tutti i figli della superbia.* Per cui opportunamente segue:

«Allora il regno di Nabucodònosor fu esaltato, e il suo cuore si insuperbì,» perché, quando l'antico avversario, ingannando la moltitudine dei traditori<sup>55</sup>, e prevalendo, la sottomette alla sua volontà, allora il suo cuore si insuperbisce, ascrivendo ciò alla propria forza, non

<sup>35</sup> Cfr Giuseppe Flavio op. cit. X, XI 7 (264-265). Tutto il passo, a cominciare da “Come narra ...” è ripresa praticamente testuale del testo di Giuseppe Flavio.

<sup>36</sup> Gdt 1, 4-6 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 5-6 di NCEI: “5In quel tempo il re Nabucodònosor mosse guerra al re Arfacsàd nella grande pianura, cioè nella piana che si trova nel territorio di Ragau. 6A fianco di costui si schierarono tutti gli abitanti delle montagne e quelli della zona dell'Eufrate, del Tigri e dell'Idaspe e gli abitanti della pianura soggetta ad Arioc, re degli Elamiti. Così molte genti si trovarono adunate in aiuto dei figli di Cheleud.

<sup>37</sup> Anche in questo caso ritengo sia preferibile l'opzione dell'edizione critica, che concorda col testo di Orosio.

<sup>38</sup> Orosio, op. cit. I 2, 17-22

<sup>39</sup> Gb 41, 25 Vulg.: “Omne sublime videt: ipse est rex super universos filios superbiae.”. NCEI 41, 26 traduce: “Egli domina tutto ciò che superbo s'innalza.”. Il contesto del commento esige una traduzione più letterale.

<sup>40</sup> Gdt 1, 7 Vulg. “Elatum est” riprende consapevolmente la “elationem mentis” che precede immediatamente; indica l'elevarsi orgoglioso / superbo; ho cercato un termine italiano che fosse possibile in questi due punti.

<sup>53</sup> L'edizione critica legge: “rimane sino ad oggi e chi lo vede lo giudica costruito da poco”.

<sup>54</sup> L'edizione critica legge: “sua”.

<sup>55</sup> L'edizione critica legge: “scellerati”.

iudicii, et eo magis exardescit ad plurimorum interfectionem quo se videt quibusdam praevalere per pravam suggestionem, ut multos interitus sui habeat participes. De quo subditur:

[25] «Et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco et Libano, et ad gentes quae sunt in Carmelo et Cedar, et inhabitantes Galileam in campo magno Hesdreton, et ad omnes qui erant in Samaria et trans flumen Iordanem usque Hierusalem et omnem terram Iesse, quousque perveniatur ad montes Aethiopiae» (Idt 1, 7-9) et reliqua.

[26] Per diversas provincias spiritalis Nabuchodonosor legatos suos mittit cum turbam malignorum spirituum ad seducendas gentes per totum orbem dispergit, nec parcat quantum permittitur alicuius dignitati seu honori, sed omnes secum vult ad gehennam trahere et socios facere propriae perditionis.

[27] Ad ipsos quoque fideles astus sui nequitiam porrigit nec eos securos atque quietos esse permittit, quod nomen Iordanis atque Hierusalem figuraliter ostendit. Neque sibi satis est ethnicos per errorem captivare, immo etiam studet, si possibile est, ipsos electos subvertere, de quo in Iob scriptum est: [28] «Absorbet fluvium et non mirabitur, habet etiam fiduciam quod influat Iordanis in os eius». Et item: «Escae, inquit, eius electi sunt»; sed quia licet multos superet tamen a multis contemnitur, atque, ut iustum est, cum pravis suggestionibus suis indigne repellitur atque abicitur, sicut sequentia demonstrant, ubi dicitur:

[29] «<...> Omnes uno animo contradixerunt et remiserunt eos vacuos ac sine honore abiecerunt» (Idt 1, 11). Sed quia malignus hostis, licet aliquando a piis hominibus superetur, tamen a coepta malitia non desistit, sed in protervia sua perseverans rediviva rursus suscitatur bella, ac totum furoris sui effundit tumultum.

[30] Unde subiungitur: «Tunc indignatus <est> Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, et iuravit per regnum et thronum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his» (Idt 1, 12).

exardescit ad plurimorum interfectionem, quo se videt quibusdam praevalere per pravam suggestionem, et multos interitus sui habeat principes, de quo subditur:

«Et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco, et ad gentes, quae sunt in Carmelo et Cedar, et inhabitantes Galilaeam in campo magno Esdreton, et ad omnes, qui erant in Samaria, et trans flumen Iordanem usque Jerusalem, et omnem terram Jesse, quousque perveniatur ad montes Aethiopiae.»<sup>41</sup>

Per diversas provincias spiritalis Nabuchodonosor legatos suos mittit, cum turbas malignorum spirituum ad seducendas gentes dispergit, nec parcat quantum permittitur alicuius dignitati seu honori, sed omnes secum vult ad gehennam trahere, et socios facere propriae perditionis.

Ad ipsos quoque fideles actus sui nequitiam porrigit, nec eos securos et quietos esse permittit, quod nomen Iordanis<sup>42</sup> atque Jerusalem<sup>43</sup> figuraliter ostendit. Neque sibi satis est ethnicos per errorem captivare, imo et studet, si possibile est, electos ipsos subvertere, de quo in Iob scriptum est: «Absorbet fluvium, et non mirabitur, habet et fiduciam quod influat Iordanis in os ejus»<sup>44</sup>. Et item: «Escae, inquit, ejus electae sunt;»<sup>45</sup> sed quia licet multos superet, tamen a multis contemnitur, atque, ut iustum est, cum pravis suggestionibus suis indigne repellitur atque abicitur, sicut sequentia demonstrant, ubi dicitur:

«Omnes uno animo contradixerunt et remiserunt eos vacuos ac sine honore abiecerunt.»<sup>46</sup> Sed quia malignus hostis, licet aliquando a piis superetur, tamen a coepta malitia non desistit, sed in protervia sua perseverans rediviva rursus suscitatur bella, ac totum furoris sui effundit tumultum;

unde subiungitur: «Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam iuravit per thronum et regnum, quod defenderet se de omnibus regionibus his.»<sup>47</sup>

alla promessa<sup>56</sup> del giudizio divino, e tanto più divampa nell'uccidere molti quanto più si vede prevalere su alcuni grazie ad un malvagio consiglio, e<sup>57</sup> abbia molti comandanti<sup>58</sup> della sua rovina; di ciò soggiunge:

«E spedì messaggeri a tutti gli abitanti della Cilicia e di Damasco e [del Libano], e alle popolazioni del Carmelo e di Gàlaad, e agli abitanti della Galilea nella grande pianura di Èsdreton, e a quanti erano nella Samaria e oltre il fiume Giordano fino a Gerusalemme e a tutto il paese di Gessen, sino a giungere ai monti dell'Etiopia.»

Il Nabucodònosor spirituale manda i suoi messaggeri nelle diverse provincie quando disperde per tutto l'orbe la turba degli spiriti maligni per sedurre le genti, e non risparmia per quanto possibile alcuna dignità e onore, ma vuole trarre tutti con sé nella geenna e farli soci della propria perdizione.

Persino agli stessi fedeli porge la nequizia del suo agire<sup>59</sup>, e non permette loro di essere sicuri e tranquilli, come il nome Giordano e Gerusalemme mostrano in modo figurato. Né si contenta di catturare i pagani con l'errore, ma si studia persino, se possibile, di sovvertire gli stessi eletti, come in Giobbe è scritto: «Ecco, assorbe un fiume e non si meraviglia, confida pure che il Giordano venga a passare per la sua bocca». E parimenti: «I suoi cibi, dice, sono scelti»<sup>60</sup>; ma benché ne vinca molti tuttavia è affrontato da molti e, come è giusto, è sdegnosamente respinto e disprezzato insieme alle sue malvage suggestioni, come dimostra quanto segue, dove si dice:

«Ma tutti, di comune accordo, si opposero e li rimandarono a mani vuote e li cacciarono con disonore.» Ma siccome l'avversario maligno, benché a volte sia vinto dai pii [uomini], tuttavia non desiste dalla malizia intrapresa, ma perseverando nella sua protervia di nuovo suscita guerre redivive, e rovescia tutto il tumulto del suo furore; per questo soggiunge: «Allora il re Nabucodònosor si accese di sdegno contro tutte quelle terre e giurò per il suo regno e per il suo trono che si sarebbe vendicato di tutte queste regioni.»

<sup>41</sup> Gdt 1, 7-9 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 7-10 di NCEI: «7Allora Nabucodònosor, re degli Assiri, spedì messaggeri a tutti gli abitanti della Persia e a tutti gli abitanti delle regioni occidentali: a quelli della Cilicia e di Damasco, del Libano e dell'Antilibano, a tutti gli abitanti della fascia litoranea 8e a quelli che appartenevano alle popolazioni del Carmelo e di Gàlaad, della Galilea superiore e della grande pianura di Èsdreton, 9a tutti gli abitanti della Samaria e delle sue città, a quelli che stavano oltre il Giordano fino a Gerusalemme, Batane, Chelus, Kades e al torrente d'Egitto, nonché a Tafni, a Ramesse e a tutto il paese di Gessen, 10sino alla regione al di sopra di Tanis e Menfi, e a tutti gli abitanti dell'Egitto sino ai confini dell'Etiopia.»

<sup>42</sup> Gerolamo, «Liber interpretationis nominum hebraicorum» in «Opere di Girolamo – vol. II – Questioni Ebraiche» a cura di Giuseppe Polizzi, ed. Città Nuova 2016. Vetus Testamentum / de Genesi, I: «Iordanis, descensio eorum.» / «Iordanis, la loro discesa»; ibid. Novi Testamenti / Lucae: «Iordanis, descensus eorum, aut apprehensio eorum, vel videns iudicium.» / «Iordanis, la loro discesa o la loro conoscenza o colui che vede il giudizio.» Poche righe prima di concludere questo lavoro Rabano propone un'etimologia servendosi probabilmente non del lavoro di Gerolamo ma di quello di Isidoro di Siviglia. Così ho deciso di proporle entrambe ovunque possibile, lasciando per prima quella indicata da Rabano stesso o nelle note dell'edizione critica. Quelle di Isidoro le proporrò nella traduzione italiana: Isidoro di Siviglia, «Etimologie o Origini», a cura di A. Valastro Canale, ed. UTET 2004; XIII, XXI, 18: «Il Giordano è un fiume della Giudea che ha preso nome da due fonti, una chiamata Ior, l'altra Dan. Pur distanti l'una dall'altra, queste due fonti formano un unico alveo, chiamato appunto Giordano. Questo fiume nasce ai piedi del monte Libano e separa la Giudea dall'Arabia: dopo aver descritto numerosi meandri, sfocia presso Gerico nel Mar Morto.»

<sup>43</sup> Gerolamo, ibid. Vetus Testamentum / De Isaia propheta I: «Jerusalem, visio pacis.» / «Terusalem, visione della pace», e in nota dell'ed. Migne: «Eusebius in psal LXXV: [...] Salem enim pax interpretatur, Jerusalem autem visio pacis.»

<sup>44</sup> Gb 40, 18 Vulg.: «Ecce absorbebit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Iordanis in os ejus.» NCEI 40, 23: «23Ecco, se il fiume si ingrossa, egli non si agita, anche se il Giordano gli salisse fino alla bocca, resta calmo.»

<sup>45</sup> Non sono riuscito a reperire la citazione testuale. L'edizione critica propone «cfr Ab 1, 14-16», che secondo Vulg recita: «14 Et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptile non habens principem. 15 Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua, et congregavit in rete suum. Super hoc lætabitur, et exsultabit. 16 Propterea immolabit sagenæ suæ, et sacrificabit reti suo, quia in ipsis incrassata est pars ejus, et cibus ejus electus.»; dove il riferimento più stretto sono queste ultime parole.

<sup>46</sup> Gdt 1, 11 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 11 di NCEI: «11Ma gli abitanti di tutte queste regioni disprezzarono l'invito di Nabucodònosor, re degli Assiri, e non volevano seguirlo nella guerra, perché non avevano alcun timore di lui, che agli occhi loro era come un uomo qualunque. Essi rimandarono i suoi messaggeri a mani vuote e con disonore.»

<sup>47</sup> Gdt 1, 12 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 12 di NCEI: «12Allora Nabucodònosor si accese di sdegno terribile contro tutte queste regioni e giurò per il suo trono e per il suo regno che si sarebbe vendicato, devastando con la spada i paesi della Cilicia, di Damasco e della Siria, tutte le popolazioni della terra di Moab, gli Ammoniti, tutta la Giudea e tutti gli abitanti dell'Egitto fino al limite dei due mari.»

<sup>56</sup> L'edizione critica legge: «permesso».

<sup>57</sup> L'edizione critica legge: «affinché».

<sup>58</sup> L'edizione critica legge: «partecipi».

<sup>59</sup> L'edizione critica legge: «astuzia».

<sup>60</sup> L'edizione critica legge: «Suo cibo sono gli eletti».



[1] «Anno tertio decimo Nabuchodonosor regis, vicesima et secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum ut defenderet se. Vocavitque omnes maiores omnesque duces bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilii sui; dixitque cogitationem suam in eo esse ut omnem terram suo subiugaret imperio» (Idt 2, 1-3).

[2] Quid est quod Nabuchodonosor, furore repletus et fastu arrogantiae elatus, promittit se ulcisci in his qui resistebant sibi iactatque se omnem terram suo imperio subiugare velle, nisi quod diabolus, propria superbia excaecatus, totius orbis sibi spondet imperium certatque pro viribus ut, a cultu pietatis abstractos, impietatis suae faciat esse consortes?

[3] Qui se quondam iactans de potentia regni sui, iuxta prophetae sententiam, sub figura regis Babilonis taliter in corde suo locutus est dicens: «In caelum ascendam, super sidera Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium: ero similis Altissimo».

[4] Qui et in evangelio Redemptorem nostrum deducens in montem excelsum valde, ostendit omnia regna mundi et gloriam eorum et ait ei: «Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me»; arrogantia enim eius non habet modum, sed infirma certum habet casum, quod in fine clarebit.

[5] «Vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiae suae et dixit ei: "Egredere adversum omne regnum occidentis, et contra eos praecipue qui contempserunt imperium meum. Non parcat oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subiugabis mihi"» (Idt 2, 4-6).

[6] Holofernem hunc aut gentium principatum, qui persecutus est ecclesiam Christi, aut ipsum etiam iniquorum omnium caput et novissimum perditionis filium possumus intellegere, qui extollitur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedens, ostendat se tamquam ipse sit Deus, in quem totus intrabit Satanas, ut faciat ea quae non fecerunt patres sui neque patres patrum eius, et Deum patrum suorum non reputabit nec quemquam deorum curabit.

[7] Qui, iuxta Danielis prophetiam, adversum universa consurget, et veniet in multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos, et figat tabernaculum suum ample inter maria supra montem inclitum et

*De Nabuchodonosor rege Assyriorum, qui propter spretos nuntios suos Holofernem principem militiae cum exercitu direxit, ut ei omnem Occidentem sunjugaret.*

«Anno tertio decimo Nabuchodonosor regis, vicesima et secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum ut defenderet se. Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces et bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilii sui; dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.»<sup>61</sup>

Quid est quod Nabuchodonosor furore repletus, et fastu arrogantiae elatus, promittit se ulcisci in his qui resistebant sibi, jactatque se omnem terram suo imperio subiugare velle, nisi quod diabolus propria superbia excitatus, totius orbis sibi spondet imperium, certatque pro viribus, ut a cultu pietatis abstracto, impietatis suae faciat esse consortes.

Qui se quondam iactans de potentia regni sui, iuxta prophetae sententiam, sub figura regis Babylonis taliter in corde suo locutus est dicens: «In coelum ascendam, super sidera Domini exaltabo solium meum; sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo.»<sup>62</sup>

Qui et in Evangelio Redemptorem nostrum deducens in montem excelsum valde, ostendit omnia mundi regna et gloriam eorum, et ait: «Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me;»<sup>63</sup> arrogantia enim ei non per modum, sed infirma certum habet casum, quod in fine clarebit.

«Vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiae suae, et dixit ei: Egredere adversum omne regnum occidentis, et contra eos praecipue qui contempserunt imperium meum. Non parcat oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subiugabis mihi.»<sup>64</sup>

Holofernem hunc aut gentium principatum, qui persecutus est Ecclesiam Christi, aut ipsum etiam iniquorum omnium caput, et novissimum perditionis filium possumus intelligere, qui extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Domini sedens, ostendat se tanquam ipse sit Dominus<sup>65</sup>, in quem totus intrabit Satanas, ut faciat ea quae non fecerunt patres sui, neque patres patrum ejus, et Dominum patrum suorum non reputabit, nec quemquam deorum curabit.<sup>66</sup>

Qui, iuxta Danielis prophetiam adversum universa consurget, et veniet in multitudine magna, ut conterat et interficiat plurimos, et figat tabernaculum suum ample inter maria super montem inclitum, et

*Di Nabucodònosor, re degli Assiri, che, a causa del disprezzo verso i suoi ambasciatori, inviò Oloferne, capo delle truppe, con l'esercito a sottomettergli tutto l'Occidente.*

«Nell'anno tredicesimo del re Nabucodònosor, il giorno ventidue del primo mese, corse voce nel palazzo di Nabucodònosor, re degli Assiri, che egli avrebbe fatto vendetta. Radunò tutti gli anziani e tutti i suoi dignitari e guerrieri, tenne con loro consiglio segreto; e disse che il suo intendimento consisteva in ciò: assoggettare al suo impero ogni terra.»

Cosa significa che Nabucodònosor, pieno d'ira e insuperbito da arroganza orgogliosa, promette di vendicarsi contro quelli che gli resistevano, e si vanta di voler soggiogare al suo impero ogni terra, se non che il diavolo, eccitato dalla propria superbia, si ripromette l'impero di tutto l'orbe, e battaglia perché i valorosi, sottratti al culto della pietà, siano resi consorti della sua empietà.

Lui che un tempo, vantandosi della potenza del suo regno, secondo una frase del profeta, sotto l'immagine del re di Babilonia, così disse in cuor suo, dicendo: «Salirò in cielo, sopra le stelle di Dio innalzerò il mio trono, dimorerò sul monte dell'alleanza, dalla parte di settentrione. Salirò sulle regioni superiori delle nubi, mi farò uguale all'Altissimo.» Lui che pure nel Vangelo, conducendo il nostro Redentore su un monte altissimo, mostrò tutti i regni del mondo e la loro gloria e disse: «Tutte queste cose io ti darò se, gettandoti ai miei piedi, mi adorerai;» l'arroganza in lui non ha misura<sup>80</sup>, ma malferma, ha una rovina certa, come alla fine sarà chiaro.

«Il re Nabucodònosor chiamò Oloferne, generale supremo del suo esercito, e gli disse: «Marcerai contro tutti i regni di occidente, e principalmente contro quelle regioni che hanno disobbedito al mio comando. Il tuo occhio non risparmierà nessun regno e e sottometterai a me ogni città fortificata.»

Questo Oloferne lo possiamo intendere come il principe delle genti, che perseguita la Chiesa di Cristo, o anche il capo stessi di tutti gli iniqui, e l'ultimo figlio della predizione, che s'innalza sopra ogni essere chiamato e adorato come Dio, fino a insediarsi nel tempio del Signore, pretendendo di essere il Signore; egli sarà totalmente inabitato da Satana, per fare ciò che non fecero i suoi padri, né i padri dei suoi padri, e non si curerà neppure del Signore dei suoi padri né di altro dio.

Lui che, secondo la profezia di Daniele, si esalterà sopra tutti. Egli verrà con una grande moltitudine per distruggere e disperdere molti. Pianterà ampiamente la sua tenda fra i mari sopra lo splendore della santa

<sup>61</sup> Gdt 2, 1-3 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 2, 1-2 di NCEI: «1Nell'anno diciottesimo, il giorno ventidue del primo mese, corse voce nel palazzo di Nabucodònosor, re degli Assiri, che egli avrebbe fatto vendetta contro tutte quelle regioni, come aveva detto. 2Radunò tutti i suoi ministri e tutti i dignitari, tenne con loro consiglio segreto e decise egli stesso la distruzione totale di quelle regioni.

<sup>62</sup> Is 14, 13-14 Vulg. (riporto anche il v. 12 per offrire il contesto): «12 Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? 13 Qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum; sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis; 14 ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo?». VL: «In coelum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam, sedebo in monte alto, super montes altos in Aquilonem. 14. Ascendam super nubes, ero similis Altissimo.». NCEI traduce: «...dimorerò sul monte dell'assemblea, nella vera dimora divina. ...».

<sup>63</sup> Mt 4, 8-9 Vulg.: «Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.»; VL: «Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me.».

<sup>64</sup> Gdt 2, 4-6 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 2, 4. 6. 11 di NCEI: «4Quando ebbe finito la consultazione, Nabucodònosor, re degli Assiri, chiamò Oloferne, generale supremo del suo esercito, che teneva il secondo posto dopo di lui, e gli disse: [...] 6quindi marcerai contro tutti i paesi di occidente, perché quelle regioni hanno disobbedito al mio comando. [...] 11Quanto ai ribelli, il tuo occhio non li risparmierà dalla morte e dalla devastazione in tutto il territorio.».

<sup>65</sup> 2Ts 2, 4 Vulg.: «et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus.». Nel testo italiano Dio viene sostituito con Signore, secondo l'edizione Migne.

<sup>66</sup> Dn 11, 37 Vulg.: «Et Deum patrum suorum non reputabit: et erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam deorum curabit, quia adversum universa consurget.». NCEI traduce: «Egli non si curerà neppure degli dèi dei suoi padri ....», secondo VulgN.

<sup>80</sup> La variante dell'edizione critica ha pari valore.

sanctum, ubi etiam divina potentia contritus corruet. [8] Huic etiam, iuxta Apocalipsin, draco dedit virtutem et potestatem magnam, et admirata est universa terra post bestiam et adoraverunt draconem qui dedit potestatem bestiae, et adoraverunt bestiam dicentes: «Quis similis bestiae, et quis poterit pugnare cum ea?».

[9] Et datum est ei os loquens magna et blasphemiam; et data est illi potestas facere menses quadraginta duo. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in caelo habitant. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, et vincere illos. [10] Et data est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem, et adorabunt eum omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae agni, qui occisus est ab origine mundi.

[11] Per fraudem enim Anticristi et falsam ipsius potentiam diabolus sibi totius orbis pollicetur dominationem, nec parcat oculus eius ulli regno, quia persecutionem maximam excitat in universo mundo. «Erunt enim», ut evangelium testatur, «tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit Deus usque nunc, neque fient. Et nisi breviasset Dominus dies illos non fuisset salva omnis caro, sed propter electos, quos elegit, breviabit dies».

[12] Unde de historico Holoferne subiungit Scriptura dicens: «Ascenditque omnia castella eorum et obtinuit omnem munitionem» (Idt 2, 12) et cetera, ut typici Holofernus exprimatur saevitia atque crudelitas, qui omnia castella ascendit et obtinet omnem munitionem, cum plerosque ex his qui videbantur firmitatem habere fidei et virtutum excellentiam, partim dolo partim etiam aperta insecutione, de statu verae religionis praecipitando deicit atque prosternit.

[13] «Et frangit omnes civitates excelsas» (Idt 2, 14), quia de ipsis pastoribus, qui praelati sunt gregi dominico, nonnullos astutia sua frangit ac omnem locupletationem eorum depraedat, cum scientiae ipsorum amplitudinem, cum ceteris instrumentis quibus Deo servire debuerant, per inlecebras voluptatum captivando vel in manifestam blasphemiam compellendo, in usum servitii sui convertit. Eosque qui resistunt sibi occidit in ore gladii (Idt 2, 16), quia quos flectere ad consensum nequitiae suae non valet, hos corporali morte interimere studet.

[14] «Praedavitque omnes filios Tharsis, et filios Israhel qui erant contra faciem deserti et ad austrum terrae et Teleon, et transit Eufratem et venit ad Mesopotamiam» (Idt 2, 13-4) et cetera.

Per diversas enim provincias et nomina diversorum locorum, quae in

sanctum<sup>67</sup>, ubi et a divina potentia contritus corruet. Huic etiam, iuxta Apocalypsin, draco dedit virtutem et

potestatem bestiae, et adoraverunt bestiam dicentes: «Quis similis bestiae, et quis poterit pugnare cum ea?»

Et datum est ei os loquens magna et blasphemiam; et data est illi potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Dominum, blasphemare nomen ejus et tabernaculum ejus, et eos qui in coelo habitant. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, et vincere illos. Et data est illi potestas in omnem tribum et populum, et linguam, et gentem, et adorabunt eam omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae agni, qui occisus est ab origine mundi.»<sup>68</sup>

Per fraudem enim Anticristi, et falsam ipsius potestatem diabolus sibi totius orbis pollicetur dominationem, nec parcat oculus ejus ulli regno, quia persecutionem maximam excitat in universo mundo. Erunt enim, ut Evangelium testatur, tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturae, quam condidit Deus usque nunc, neque fient. Et nisi breviasset Dominus dies illos, non fuisset salva omnis caro, sed propter electos, quos elegit, breviabit dies.<sup>69</sup>

Unde de historico Holoferne subiungit Scriptura dicens:

«Ascenditque omnia castella eorum et obtinuit omnem munitionem,»<sup>70</sup> Ut typici Holofernus exprimatur saevitia atque crudelitas, qui omnia castella ascendit, et obtinet omnem munitionem, cum plerosque ex his qui videbantur habere firmitatem fidei et virtutum excellentiam partim dolo, partim etiam aperta insecutione, de statu verae religionis praecipitando dejecit atque prosternit.

Et frangit omnes civitates excelsas<sup>71</sup>, quia de nostris pastoribus, qui praelati sunt gregi Dominico, nonnullos astutia sua frangit, ac omnem locupletationem eorum depraedat, cum scientiae ipsorum amplitudinem, cum caeteris instrumentis, quibus Deo servire debuerant, per illecebras voluptatum captivando, vel in manifestam blasphemiam compellendo, in usum servitii sui convertit. Eosque qui resistunt sibi, occidit in ore gladii<sup>72</sup>, quia quos deflectere ad consensum nequitiae suae non praevallet, hos corporali morte interimere studet.

«Praedavitque omnes filios Tharsis, et filios Ismael, qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terrae Cellon et transivit Euphratem, et venit in Mesopotamiam.»<sup>73</sup>

Per diversas enim provincias, et nomina diversorum locorum, quae in

montagna, dove pure precipiterà sopraffatto dalla divina potenza. Inoltre a lui, secondo l'Apocalisse, il drago [le] diede la forza e [il suo grande potere. Allora la terra intera, presa d'ammirazione, andò dietro alla bestia e adorarono il drago perché aveva dato] il potere alla bestia, e adorarono la bestia dicendo: «Chi è simile alla bestia e chi può combattere con essa? Alla bestia fu data una bocca per proferire parole d'orgoglio e bestemmie, con il potere di agire per quarantadue mesi. Essa aprì la bocca per proferire bestemmie contro il Signore, per bestemmiare il suo nome e la sua dimora, contro tutti quelli che abitano in cielo. Le fu concesso di fare guerra contro i santi e di vincerli; le fu dato potere sopra ogni tribù, popolo, lingua e nazione. La adoreranno tutti gli abitanti della terra, il cui nome non è scritto nel libro della vita dell'Agnello, immolato fino dalla fondazione del mondo.».

Infatti per l'inganno dell'Anticristo e la sua falsa potenza il diavolo si ripromette la dominazione di tutto l'orbe, e il suo occhi non risparmia nessun regno, perché suscita la più grande persecuzione nell'universo mondo. Perché quelli, come attesta il Vangelo, saranno giorni di tribolazione, quale non vi è mai stata dall'inizio della creazione, fatta da Dio, fino ad ora, e mai più vi sarà. E se il Signore non abbreviasse quei giorni, nessuno si salverebbe. Ma, grazie agli eletti che egli si è scelto, ha abbreviato quei giorni.

Per cui dell'Oloferne storico la Scrittura soggiunge, dicendo:

«E penetrò in tutti il loro castelli, e si impadronì di tutte la piazzeforti,» affinché dell'Oloferne tipologico venga espressa la ferocia e la crudeltà; lui che penetra in tutti i castelli, e si impadronisce di tutte le piazzeforti, quando, precipitandoli da uno stato di vera religione, abbatte e prosterna la maggior parte di quelli che sembravano avere costanza di fede ed eccellenti virtù, in parte con l'inganno, in parte anche per aperta persecuzione.

E demolì tutte le città elevate, perché dei nostri pastori, preposti al gregge del Signore, alcuni li spezza con la sua astuzia e depreda ogni loro ricchezza, quando converte ad uso delle sue esigenze l'ampiezza della loro scienza, insieme agli altri strumenti con cui avrebbero dovuto servire Dio, catturandoli con le lusinghe della voluttà o spingendoli ad aperta bestemmia. E passò a fil di spada quanti gli resistevano, perché quelli che non riesce a piegare ad acconsentire alla sua nefandezza, si studia di sopprimerli con la morte corporale.

«E depredò tutti i figli di Rassìs e i figli di Israele, che abitavano di fronte al deserto, a sud della terra di Cheleòn, e passò l'Eufrate e venne in Mesopotamia.»

Infatti con le diverse provincie e i nomi dei diversi luoghi, contenuti

<sup>67</sup> Dn 11, 37. 44-45 Vulg.: «et veniet in multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum et sanctum». NCEI traduce: «egli partirà con grande ira per distruggere e disperdere molti. Pianterà le tende reali fra il mare e lo splendore della santa montagna;». La traduzione viene adeguata riguardo ad «ample».

<sup>68</sup> Ap 13, 2-8 Vulg.: «Et dedit illi draco virtutem suam, et potestatem magnam. Et vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortem: et plaga mortis ejus curata est. Et admirata est universa terra post bestiam. Et adoraverunt draconem, qui dedit potestatem bestiae: et adoraverunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiae? et quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna et blasphemias: et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, et tabernaculum ejus, et eos qui in caelo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, et vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem, et adoraverunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitae Agni, qui occisus est ab origine mundi.» Come già prima, Dio viene sostituito con Signore secondo il testo dell'edizione Migne.

<sup>69</sup> Mc 13, 19-20.

<sup>70</sup> Gdt 2, 12 Vulg.; cfr NCEI 2, 14-28.

<sup>71</sup> Gdt 2, 14 Vulg.; cfr NCEI 2, 24.

<sup>72</sup> Cfr Gdt 2, 16 Vulg.; cfr NCEI 2, 27.

<sup>73</sup> Gdt 2, 13-14 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 23-24 di NCEI: «23Devastò Fud e Lud, e depredò tutti i figli di Rassìs e gli Ismaeliti, che abitavano di fronte al deserto, a sud di Cheleòn. 24Passò l'Eufrate, attraversò la Mesopotamia».



historia continentur, distinctiones designantur personarum graduum ac dignitatum, ex quibus omnibus diabolus sibi aliquam contendit vindicare portionem. Nec formidat alicubi pugnae subire difficultatem sed, propria malitia instigatus, grandis potentiae gravem certat efficere ruinam.

[15] «**Et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis et succendit omnia sata, omnesque arbores ac vineas fecit incidi; et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram**» (Idt 2, 17-8).

[16] Quid per *Damascum*, qui interpretatur *sanguinis potus*, nisi gentilium dominationis exprimitur potestas, quae fidelium, hoc est martyrum Christi inhianter sitit fundere sanguinem, et maxime in illa persecutione novissima quae iuxta mundi finem ventura est, quando tempus *messis*, hoc est *consummatio* appropinquat *saeculi*?

[17] Tunc *ergo* secundum veri Holofernis, hoc est Anticristi crudelissimam iussionem, per latitudinem totius orbis universae ecclesiae gravissima excitatur persecutio. Et quicquid in satis viride, vel quicquid in arboribus floriferum seu in vineis spiritalibus fructiferum, hoc est in sanctis viris invenitur utile, iucundum et fructuosum, totum gladio persecutionis devastare ac flamma invidiae exurere contendit.

[18] Unde evenit quod subiungitur: «Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram»; quia carnalium corda, quae amore terrenarum rerum obligantur, audita et visa hostis ipsius immanitate contremescunt.

[13] «**Et clamaverunt, inquit, ad Dominum unanimiter, ne darentur in praedam infantes eorum et uxores earum in divisionem, et civitates eorum in exterminium et sancta eorum in pollutionem**» (Idt 4, 10). Quia unanimitas ecclesiae apud Domini misericordiam velocem meretur exauditionem, nec hostis praevallet eos nocere nequitia, pro quibus caritatis atque unanimitatis laborat instantia.

[14] Unde Paulus docet *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, et

«Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, et humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus ipsi et mulieres eorum, et induerunt se sacerdotes ciliciis, et infantes prostraverunt contra faciem templi Domini, et altare Domini operuerunt cilicio, et clamaverunt ad Dominum Deum unanimiter.»<sup>118</sup>

Humiliant animas suas in jejuniis ipsi et mulieres eorum, qui per continentiam salutarem non solum carnem macerant, quin etiam mentes suas ab illicitis desideriis coercendo castigant. Infantesque prosternunt contra faciem templi, qui innocentium preces ante conspectum gloriae Domini cum lacrymis suppliciter offerunt.

Induunt se sacerdotes ciliciis, et altare Domini operiunt cilicio, cum doctores Evangelii, et duces plebis Dei et devotionem pariter cum populo, et actionem assumunt poenitentiae, quatenus sibi maiestatem divinam concilient, et pietatis ejus misericordiam impetrent.

Ipsi sunt autem altare Domini, qui in ara cordis sui iugiter laudis hostiam immolant. Cilicium autem quod de caprarum pilis textitur, peccatorum praestat figuram, pro quibus necessaria est poenitentia, quia sine illa ipsi peccatores verae salutis non inveniunt remedia.

Hocque sciendum, quod magnum et praecipuum in piis precibus sit adiutorium, si meditatio Dominicae passionis adhibeatur, quae in ara crucis pro peccatis nostris expleta est, quia non solum pro nostris offensionibus, sed etiam pro totius mundi in expiationem omnium peccatorum sanguis Redemptoris nostri effusus est. De quo Joannes ait: «Advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.»<sup>119</sup>

«Et clamaverunt, inquit, ad Dominum Deum Israel unanimiter, ne darentur in praedam infantes eorum, et uxores eorum in divisionem, et civitates eorum in exterminium, et sancta eorum in pollutionem.»<sup>120</sup> Quia unanimitas Ecclesiae apud Domini misericordiam, velocem meretur exauditionem, nec hostis praevallet eis nocere nequitia, pro quibus caritatis atque unanimitatis laborat instantia.

Unde Paulus docet *unitatem spiritus servare in vinculo pacis*<sup>121</sup>, et

«E tutto il popolo levò il suo grido al Signore con fervida insistenza, e umiliarono le anime loro con digiuni e preghiere, loro e le loro mogli, e i sacerdoti si cinsero di sacco<sup>139</sup>, e i fanciulli si prostrarono davanti al tempio del Signore, anche l'altare del Signore ricoprirono di sacco e alzarono il loro grido al Signore Dio d'Israele, tutti insieme.»

“Umiliano le proprie anime con digiuni, loro e le loro mogli”, coloro che per mezzo di una salutare continenza non solo macerano la carne, ma pure castigano le loro menti trattenendole dai desideri illeciti. E sono “fanciulli che si prostrano davanti al tempio”, coloro che con lacrime offrono supplici preghiere di innocenti al cospetto della gloria del Signore. “I sacerdoti vestono di sacco, e [insieme] coprono l'altare del Signore col sacco”, quando i dottori del Vangelo e i capi del popolo di Dio fanno propria, in una col popolo, la devozione e l'azione penitenziale, fino a conciliare a sé la maestà divina e impetrare la misericordia della sua pietà.

Sono poi<sup>140</sup> essi stessi altare del Signore<sup>141</sup> coloro che sull'altare del proprio cuore immolano senza cessa un sacrificio di lode. Il cilicio, poi<sup>142</sup>, che è tessuto con pelo di capra, offre<sup>143</sup> l'immagine dei peccati, per i quali è [senza dubbio] necessaria la penitenza, perché senza essa gli stessi peccatori non trovano i rimedi della vera salvezza.

E questo è da sapere: che nelle pie preghiere l'aiuto è grande e speciale se perviene alla meditazione<sup>144</sup> della passione del Signore, che si è compiuta per i nostri peccati sull'altare della croce, perché il sangue del nostro Redentore è stato effuso non solo per le nostre offese, ma anche per quelle di tutto il mondo in espiazione dei peccati di tutti. In proposito Giovanni dice: «*abbiamo un Avvocato*<sup>145</sup> presso il Padre: Gesù Cristo, il giusto. È lui la vittima di espiazione per i nostri peccati; non soltanto per i nostri, ma anche per quelli di tutto il mondo.»

«E alzarono il loro grido, dice, al Signore Dio d'Israele, tutti insieme: che i loro figli non fossero destinati al bottino, le loro mogli alla schiavitù, e le loro città allo sterminio, il santuario alla profanazione.» Perché l'unanimità della Chiesa presso la misericordia del Signore merita di essere velocemente esaudita, affinché la nefandezza dell'avversario non prevalga su coloro, per i quali si affatica lo zelo della carità e dell'umanità.

Per cui Paolo esorta a *conservare l'unità dello spirito per mezzo del*

<sup>118</sup> Gdt 4, 8-10 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 9-12 NCEI: “9E ogni Israelita levò il suo grido a Dio con fervida insistenza e tutti si umiliarono con grande zelo. 10Essi con le mogli e i bambini, i loro armenti e ogni forestiero e mercenario e i loro schiavi si cinsero di sacco i fianchi. 11Ogni uomo o donna israelita e i fanciulli che abitavano a Gerusalemme si prostrarono davanti al tempio e cosparsero il capo di cenere e, vestiti di sacco, alzarono le mani davanti al Signore. 12Ricoprirono di sacco anche l'altare e alzarono il loro grido al Dio d'Israele, tutti insieme senza interruzione.”.

<sup>119</sup> 1Gv 2, 1-2

<sup>120</sup> Gdt 4, 10 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 12 NCEI: “e alzarono il loro grido al Dio d'Israele, tutti insieme senza interruzione, supplicando che i loro figli non fossero destinati al bottino, le loro mogli alla schiavitù, le città di loro eredità alla distruzione, il santuario alla profanazione e al ludibrio in mano alle genti.”.

<sup>121</sup> Ef 4, 3 Vulg.: “solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.”.

<sup>139</sup> In realtà il cilicio non è esattamente sacco. Il vocabolario Treccani conferma quanto ci spiegherà tra breve lo stesso Rabano: “Stoffa grossolana di pelo di capra”, e prosegue: “adoperata dai Romani per vesti militari ...; sorta di panno ruvido e pungente, fatto per lo più di crini di cavallo ...; cintura ruvida e nodosa che si porta sotto gli abiti, sulla pelle nuda, come pratica religiosa di penitenza”. Come è facile presupporre, in questo scritto, il terzo è il significato più facile da attribuire. Tuttavia, come in questo passo, è difficile pensare ad un altare coperto da un cilicio ed è ragionevole presupporre che i sacerdoti si siano rivestiti di sacco per manifestare la penitenza. Al contrario, riguardo a Giuditta mi sembra più agevole pensare che abbia indossato un cilicio sotto le sue vesti; o, meglio, è facile pensare che in ambito cristiano, in tempi in cui questa pratica era familiare, chi leggeva le pagine di Giuditta pensasse al cilicio. Per cui, di certo, tradurrò con “cilicio” laddove è riferito a Giuditta.

<sup>140</sup> L'edizione critica legge: “infatti”.

<sup>141</sup> L'edizione critica legge: “Dio”.

<sup>142</sup> L'edizione critica legge: “infatti”.

<sup>143</sup> L'edizione critica legge: “porta”.

<sup>144</sup> L'edizione critica legge: “menzione”.

<sup>145</sup> NCEI propone “Paraclito”, ma mi sembra più chiaro mantenere il latino “Avvocato”.



unanimis esse in orationibus. Quia, iuxta Iacobi sententiam, «multum valet deprecatio iusti **assidua**». Et Petrus: «Caritas, ait, cooperit multitudinem peccatorum».

[15] «**Tunc Heliachim sacerdos Domini magnus circuit omnem Israhel adlocutusque est eos dicens: "Scitote quoniam exaudivit Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus in conspectu Domini"**» (Idt 4, 11-2) et cetera.

[16] Spiritalis enim Heliachim et verus *sacerdos* noster qui *secundum ordinem Melchisedech* pontifex nobis a Deo factus est, non solum per semetipsum in incarnationis suae tempore, sed et modo in apostolis suis et doctoribus evangelii castra **circumit** ecclesiae, commonens fideles suos hostis antiqui praecavere insidias et exortans eos in fidei virtute ac precum perseverare constantia, quae eis certam de omnibus inimicis parit victoriam.

[17] Unde legitur in evangelio quod «circuiret Iesus totam Galileam docens in synagogis **eorum** et praedicans evangelium, et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo». Et alibi ipse discipulis suis ait: «Vigilate itaque omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt, et stare ante Filium hominis».

[18] Hinc **et** Petrus hortatur dicens: «Sobrii estote et vigilate in orationibus, quia adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens, circuit quaerens quem devoret, **cui resistite fortes in fide**». Adjuvant autem ad hoc certamen agendum **sanctorum** virorum fortia exempla, qui eminentia rectae fidei hostibus praestabant universis, et robore virtutum eos constanter revincebant.

[19] Unde Heliachim, **iste Moysi** exemplum, quo *contra Amalech* magis oratione quam armis bellicis conflagabat, introduxit. Hinc **et** Paulus ad Hebraeos, fidei virtutem laudans, patrum copiosa exempla in testimonium asscivit: «Qui per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam, adepti sunt promissionem». De quo et Iacobus ait: «Exemplum accipite, fratres, laboris et patientiae prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi».

[20] «**Ad hanc igitur exortationem eius deprecantes Dominum permanebant in conspectu Domini, ita ut etiam hi, qui holocausta Domino offerebant, praecincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum ut visitaret populum suum Israhel**» (Idt 4, 15-7).

Denique fideles, praedicatorum suorum exortatione confortati, «permanent in oratione», et eo magis quo bonorum magistrorum

unanimis esse in orationibus<sup>122</sup>. Quia, iuxta Iacobi sententiam, «multum valet deprecatio iusti.»<sup>123</sup> Et Petrus: «Charitas, ait, multitudinem cooperit peccatorum.»<sup>124</sup>

«Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus **circuit** omnem Israhel, locutusque est eos dicens: Scitote quoniam exaudivit Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.»<sup>125</sup>

Spiritualis enim Eliachim et verus sacerdos noster, qui secundum ordinem Melchisedech pontifex nobis a Deo factus est<sup>126</sup>, non solum per semetipsum incarnationis suae tempore, sed et modo in apostolis suis et doctoribus Evangelii castra **circuit** Ecclesiae, commonens fideles suos hostis antiqui praecavere insidias, et exhortans eos in fidei virtute ac precum perseverare constantia, quae eis certam de omnibus inimicis parit victoriam.

Unde legitur in Evangelio, quod circuiret Iesus totam Galileam docens in synagogis et praedicans Evangelium, et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo<sup>127</sup>. Et alibi ipse discipulis suis ait: «Vigilate itaque omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quae futura sunt, et stare ante filium hominis.»<sup>128</sup>

Hinc Petrus hortatur dicens: «Sobrii estote et vigilate in orationibus, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, **cui resistite fortes in fide**.»<sup>129</sup> Adjuvant autem ad hoc certamen agendum **fortium** virorum exempla, qui eminentia rectae fidei hostibus praestabant universis, et robore virtutum eos constanter revincebant.

Unde Eliachim **ipse Moysi** exemplum, quo *contra Amalech* magis oratione quam armis bellicis conflagabat<sup>130</sup>, introduxit. Hinc **etiam** Paulus ad Hebraeos fidei virtutem laudans, patrum copiosa exempla in testimonium ascivit, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissionem.<sup>131</sup> De quo et Iacobus ait: «Exemplum accipite, fratres, laboris et patientiae **per** prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi.»<sup>132</sup>

«Ad hanc igitur exortationem ejus deprecantes Dominum permanebant in conspectu Domini, ita ut etiam hi qui offerebant Domino holocausta, praecincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, et erat cinis super capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israhel.»<sup>133</sup>

Denique fideles, praedicatorum suorum exortatione confortati, permanent in oratione, et eo magis, quo bonorum magistrorum exemplis

*vinculo della pace*, e ad essere *unanimi* nelle orazioni. Perché, secondo l'affermazione di Giacomo, «*Molto potente è la preghiera fervorosa del giusto*.» E Pietro: «*la carità, dice, copre una moltitudine di peccati*.»

«Allora Eliachim, sommo sacerdote del Signore, percorse tutto Israele, e parlò loro dicendo: Sappiate che il Signore ascolterà il vostro grido, se permarrete nei digiuni e nelle preghiere davanti al Signore.»

L'Eliachim spirituale, e vero nostro sacerdote che da Dio è stato per noi fatto *pontefice secondo l'ordine di Mechisedech*, non solo da se stesso nel tempo della sua incarnazione, ma anche ora nei suoi apostoli e dottori del Vangelo, visita le fortezze della Chiesa ammonendo i suoi fedeli a premunirsi contro le insidie dell'antico avversario ed esortandoli a perseverare con costanza nella virtù della fede e delle preghiere, che procura loro vittoria certa contro tutti i nemici.

Per cui si legge nel Vangelo che «*Gesù percorreva tutta la Galilea, insegnando nelle loro sinagoghe, annunciando il vangelo [...] e guarendo ogni sorta di malattie e di infermità nel popolo*.» Ed altrove lui stesso dice ai suoi discepoli: «*Vegliate in ogni momento pregando, perché abbiate la forza di sfuggire a tutto ciò che sta per accadere, e di comparire davanti al figlio dell'uomo*.»

Di qui Pietro esorta dicendo: «*Siate sobri, vegliate nelle orazioni. Il vostro nemico, il diavolo, come leone ruggente va in giro cercando chi divorare. Resistetegli saldi nella fede*.» A sostenere questa battaglia aiutano poi gli esempi degli uomini santi, che per eminenza della retta fede sopravanzavano a tutti quanti gli avversari, e con la forza delle virtù tornavano costantemente a vincerli.

Per cui lo stesso Eliachim introdusse l'esempio di Mosè dove combatteva contro Amalèk più con la preghiera che con le armi da guerra. Di qui anche Paolo agli Ebrei, lodando la virtù della fede, adottò a testimonianza i numerosi esempi dei padri, *che per fede, conquistarono regni, esercitarono la giustizia, ottennero ciò che era stato promesso*. Di ciò anche Giacomo dice: «*Fratelli, prendete a modello di sopportazione e di costanza i profeti che hanno parlato nel nome del Signore*.»

«A questa sua esortazione, invocando il Signore, stavano davanti al Signore, così come pure quelli che offrivano l'olocausto al Signore, con i fianchi cinti di sacco offrivano i sacrifici al Signore, e avevano il capo cosparso di cenere. E con tutto il loro cuore invocavano Dio, perché provvedesse benignamente a tutta la casa d'Israele.»

E così i fedeli, confortati dall'esortazione dei loro predicatori, *permangono* nell'orazione, e ciò tanto più in quanto sono stimolati dagli

<sup>122</sup> Cfr Rm 15, 6 Vulg.: «ut unanimis, uno ore honorificetis Deum et patrem Domini nostri Iesu Christi.»

<sup>123</sup> Gc 5, 16 Vulg.: «multum enim valet deprecatio iusti assidua.»

<sup>124</sup> 1Pt 4, 8 Vulg.: «quia caritas operit multitudinem peccatorum.»

<sup>125</sup> Gdt 4, 11-12 Vulg. Cfr NCEI vv. 13-15.

<sup>126</sup> Cfr Ebr 5, 6. 10 Vulg.: «appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.»; 6, 20 Vulg.: «secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in aeternum.»; cfr Sal 109, 4; Ebr 7, 11. 17.

<sup>127</sup> Mt 4, 23 Vulg.: «Et circuibat Iesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum, et praedicans Evangelium regni: et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo.»

<sup>128</sup> Lc 21, 36.

<sup>129</sup> 1Pt 5, 8-9 Vulg.: «Sobrii estote, et vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret: cui resistite fortes in fide.»

<sup>130</sup> Cfr Es 17, 8-16.

<sup>131</sup> Ebr 11, 33 Vulg.: «qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum.»

<sup>132</sup> Gc 5, 10 Vulg.: «Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, et patientiae, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini.»

<sup>133</sup> Gdt 4, 15-17 Vulg. Cfr NCEI vv. 13-15.

exemplis provocantur, qui secundum praeceptum Domini dicunt et faciunt. [21] «Offerunt» ergo ecclesiae Christi sacerdotes «praecincti ciliciis holocausta Domino», quando carnem suam crucifigentes cum vitiis et concupiscentiis totam vitam suam dedicant Deo. «Offerunt et sacrificia Domino», quando hostiam laudis ore et animo offerunt devoto. In quorum «capitibus ponitur cinis», cum fragilitatis suae sedulo memores corde contrito et humiliato lacrimas Domino pro salute veri fundunt Israhelis, quatenus ab inimicis liberati ad conspectum perveniant sui redemptoris.

provocantur, qui secundum Domini praeceptum dicunt et faciunt. Offerunt ergo Ecclesiae Christi sacerdotes praecincti ciliciis holocausta Domino, quando carnem suam crucifigentes cum vitiis et concupiscentiis totam vitam dedicant Deo. Offerunt et sacrificia Domino, quando hostiam laudis<sup>134</sup> ore et animo offerunt devoto. In quorum capitibus ponitur cinis, cum fragilitatis suae sedulo memores corde contrito et humiliato<sup>135</sup> lacrymas Domino pro salute veri fundunt Israelis, quatenus ab inimicis liberati ad conspectum perveniant sui Redemptoris.

esempi dei buoni maestri, che dicono e fanno secondo il comando del Signore. Dunque i sacerdoti della Chiesa di Cristo offrono olocausti al Signore *con i fianchi cinti di sacco*, quando, crocifiggendo la loro carne con i vizi e le concupiscenze, dedicano tutta la loro vita a Dio. *Offrono pure sacrifici al Signore*, quando *offrono un sacrificio di lode* con bocca e mente devota. *Sul loro capo è cosparsa la cenere*, quando, davvero memori della propria fragilità, con *cuore contrito e affranto* effondono lacrime al Signore per la salvezza del vero Israele, fino a quando, liberati dai nemici, pervengano al cospetto del loro Redentore.

V

CAP. V

CAP. 5

[1] «Nuntiatumque est Holoferni principi militiae Assyriorum quod filii Israhel praepararent se ad resistendum ac montium itinera conclusissent, et furore nimio exarsit in iracundia magna; vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon et dixit eis: "Dicite mihi quis sit populus iste qui montana obsidet, aut quae et quales et quantae sint civitates eorum aut quae sit multitudo <eorum>, vel quis rex militiae illorum, quare prae omnibus qui habitant in Oriente isti contempserunt me, et non exierunt in obviam nobis ut susciperent nos cum pace?"» (Idt 5, 1-4).

[2] Nuntiatum hoc Holoferni typico quod «filii Israhel praepararent se ad resistendum ac montium itinera concludant», quia hoc innotescit universis sanctae ecclesiae persecutoribus qui parent voluntati diaboli ceu membra capiti, quod credentes Christo omnino deliberant repugnare malis animo fido et omnem superbiam detestentur, per quam maxime adversarii irrumpere ac vincere student.

[3] Hinc irritatus hostis ammirando sciscitatur unde eis tanta sit mentis constantia, quod munimentum fidei, «quis rex quaeve militia» tantae virtutis cuius potentiae nemo resistere possit. Et bene «isti in Oriente habitare» dicuntur, quia lumine fidei ac luce scientiae tales semper illustrari desiderant, quatenus tenebrarum cohortes expugnare ac repellere facilius possint.

[4] «Tunc Achior, dux omnium filiorum Ammon, respondens ait: "Si digneris audire, domine meus, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto qui in montanis habitat, et non egredietur verbum

*Quod Holofernes audiens filios Israel itinera montium conclusisse, iratus est valde, et a principibus suis exquirat, unde filii Israel originem ducerent, vel quae eorum virtus esset, cui Achior plenius de hac re respondit. Ad ejus relationem irati principes Holofernis.*

«Nuntiatumque est Holoferni principi militiae Assyriorum, quod filii Israel praepararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent, et furore nimio exarsit in iracundia magna, vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon, et dixit eis: Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quae, et quales, et quantae sint civitates eorum, quae etiam sit virtus eorum, aut quae sit multitudo eorum, vel quis rex militiae illorum, et quare prae omnibus qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, et non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos cum pace.»<sup>146</sup>

Nuntiatum Holoferni typice, quod filii Israel praepararent se ad resistendum, ac montium itinera concludant, quia hoc innotescit sanctae Ecclesiae persecutoribus universis, qui parent voluntati diaboli, ceu membra capiti, quod credentes Christo Domino deliberant repugnare malis animo fido, et omnem superbiam detestentur, per quam maxime adversarii irrumpere et vincere student.

Hinc irritatus hostis admirando sciscitatur, unde eis tanta sit mentis constantia, quod munimentum fidei, quis rex, quae militia tantae virtutis, cuius potentiae nemo resistere possit? Et bene in Oriente isti habitare dicuntur, quia lumine fidei ac luce scientiae tales semper illustrari desiderant, quatenus tenebrarum cohortes expugnare ac repellere facilius possint.

«Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon, respondens ait: Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo tuo qui in montanis habitat, et non egredietur verbum falsum ex ore meo.

*Che Oloferne, sentendo che i figli di Israele avevano bloccato i valichi montani, siadirò grandemente, e chiese ai suoi comandanti da dove avessero avuto origine i figli di Israele, o che forza avessero; cui Achior rispose esaurientemente su ciò. Alla sua relazione i comandanti di Oloferne siadirarono.*

«Frattanto a Oloferne, comandante supremo dell'esercito di Assur, fu riferito che gli Israeliti si preparavano a resistere, e avevano bloccato i valichi montani. Egli andò su tutte le furie e convocò tutti i capi di Moab e gli strateghi di Ammon, e disse loro: Spiegate mi un po' che popolo è questo che dimora sui monti e quante e quali siano le sue città, e anche<sup>154</sup> quale sia la loro forza, o quale sia il loro numero, chi è il re del loro esercito, e perché, a differenza di tutte le popolazioni dell'Oriente, questi ci<sup>155</sup> hanno disprezzato, e non sono venuti incontro a noi, per accoglierci in pace.»

Viene tipologicamente<sup>156</sup> annunciato ad Oloferne che i figli di Israele si preparano a resistere, e che bloccano i valichi montani, perché sia noto a tutti quanti i persecutori della santa Chiesa - che sono sottomessi alla volontà del diavolo come le membra al capo - che i credenti in Cristo Signore<sup>157</sup> deliberano di resistere contro il male con animo risoluto e detestano ogni superbia, grazie alla quale, soprattutto, gli avversari si studiano di attaccare e vincere.

Di qui l'avversario irritato si interroga con stupore da dove venga loro tanta fermezza d'animo, quale sia il baluardo della fede, «chi il re, quale la truppa» di tanta virtù che nessuno può resistere alla sua potenza? E correttamente viene detto che «abitano in Oriente», perché [sono] tali da desiderare di essere sempre illuminati dal lume della fede e dalla luce della scienza, così da poter più facilmente espugnare e respingere le coorti delle tenebre.

«Allora Achior, condottiero di tutti gli Ammoniti, rispondendo disse: Ascolti bene il mio Signore, io dirò la verità al tuo cospetto sul conto di questo popolo, che sta sulle montagne, né uscirà menzogna dalla mia

<sup>134</sup> Cfr Ebr 13, 15 Vulg.: «Per ipsum ergo offeram hostiam laudis semper Deo, id est, fructum laborum confitentium nomini ejus.»; cfr anche Sal 115, 5 Vulg.: «tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.».

<sup>135</sup> Cfr Sal 50, 19 Vulg.: «Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias.».

<sup>146</sup> Gdt 5, 1-4 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 5, 1-4 NCEI: «1Frattanto a Oloferne, comandante supremo dell'esercito di Assur, fu riferito che gli Israeliti si preparavano alla guerra e avevano bloccato i valichi montani, avevano costruito fortificazioni sulle cime dei monti e avevano posto ostacoli nelle pianure. 2Egli andò su tutte le furie e convocò tutti i capi di Moab e gli strateghi di Ammon e tutti i satrapi delle regioni marittime, 3e disse loro: «Spiegate mi un po', voi figli di Canaan, che popolo è questo che dimora sui monti e come sono le città che abita, quanti sono gli effettivi del suo esercito, dove risiede la loro forza e il loro vigore, chi si è messo alla loro testa come re e condottiero del loro esercito 4e perché hanno rifiutato di venire incontro a me, a differenza di tutte le popolazioni dell'occidente».».

<sup>154</sup> L'edizione critica legge: «o».

<sup>155</sup> L'edizione critica legge: «mi».

<sup>156</sup> L'edizione critica legge: «tipologico». In altri termini, l'edizione Migne dice che «, secondo il senso figurato, viene annunciato all'Oloferne storico ...»; mentre per l'edizione critica «viene annunciato all'Oloferne storico (che è immagine di ...)».

<sup>157</sup> L'edizione critica legge: «certamente».

**falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldaeorum est; hic primum in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terra Chaldaeorum. Deserentes itaque caerimonias patrum suorum, quae in multitudine deorum erant, unum Deum caeli coluerunt, qui et praecepit eis ut exirent inde et habitarent in Carram"» (Idt 5, 5-9).**

[5] Per «Achiør ducem filiorum Ammon», qui, licet idolatriae deditus fuerit, tamen aliqua vera de divinis operibus atque miraculis praedicavit, non inconvenienter illi **designantur** qui nondum regenerati sunt Christi baptisate nec fidem catholicam perfecte didicerunt, sed tamen aliqua iam doctrinae evangelicae insignia audiendo perceperunt, quae **et** proferre ad aliorum notitiam non pertimescunt.

[6] Possunt et heretici per Achiør intellegi, qui, licet viam veritatis **per omnia non teneant**, tamen in doctrina sua nonnulla vera inserunt quae fidei nostrae concordant. Hi contra ecclesiae unitatem cum ceteris persecutoribus Christianae fidei licet pugnare non detrectent, tamen ratione veritatis superati ipsam veritatem usquequaque abscondere non possunt, immo plerumque eam lucidis sentiis promunt.

[7] Unde in libro Job *amici ipsius Job*, qui *ad consolandum eum venerant super plaga* quae ei **accederat**, pro consolatione iniuriam inferentes aliqua in suis dictis vera **inserebant**, sed tamen per omnia ipsi veritati non concordabant.

*Habent quippe heretici proprium ut malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant.*

*Si enim semper prava dicerent, citius in sua pravitate cogniti, quod vellent **minime** persuaderent.*

[8] *Rursum si semper **recte** sentirent, profecto heretici non fuissent; sed dum fallendi arte ad utraque deserviunt, et ex malis bona inficiunt, et ex bonis mala, ut recipiantur, abscondunt. Sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit, **dumque** hoc quod dulce est primo tactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum indubitanter absorbetur.*

[9] *Itaque heretici, licet permisceant recta perversis, ut **ostendendo** bona auditores sibi attrahant et exhibendo mala latenter eos peste corrumpant, aliquando tamen praedicatione sanctae ecclesiae et exhortatione correcti, ab hac sensus sui diversitate salvantur.*

[10] Sicut Achiør, videns victoriam Iudith, reliquit errorem pristinum et asociatus est Israhelitis, per credulitatem circumcidens carnem praeputii sui et adpositus est ad populum Dei. Hinc et *amici Job* reconciliationis suae sacrificium **eiusdem** sancti viri manibus offerunt, atque ad superni iudicis gratiam vel addicti revocantur; quos **bene** in

Populus iste ex progenie Chaldaeorum est. Hic primum in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terra Chaldaeorum. Deserentes itaque caerimonias patrum suorum, quae in multitudine deorum erant, unum Deum caeli coluerunt, qui et praecepit eis ut exirent inde et habitarent in Choran.»<sup>147</sup>

Per Achiør ducem filiorum Ammon, qui, licet idolatriae deditus fuerit, tamen aliqua vera de divinis operibus atque miraculis praedicavit, non inconvenienter illi **intelliguntur**, qui nondum regenerati sunt Christi baptisate, nec fidem catholicam perfecte didicerunt, sed tamen aliqua iam doctrinae evangelicae insignia audiendo perceperunt, quae **etiam** proferre ad aliorum notitiam non pertimescunt,

quae fidei nostrae concordant. Hi contra Ecclesiae unitatem cum caeteris persecutoribus Christianae fidei licet pugnare non detrectent, tamen ratione veritatis superati ipsam veritatem usquequaque abscondere non possunt, imo plerumque eam lucidis sentiis promunt.

Unde in libro Job amici ipsius Job, qui *ad consolandum eum venerant super plaga*<sup>148</sup> quae ei **acciderat**, pro consolatione injuriam inferentes aliqua in suis dictis vere **inferebant**, sed tamen per omnia ipsi veritati non concordabant.

Habent quippe haeretici proprium, ut malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant.

Si enim prava dicerent, citius in sua pravitate cogniti, quod vellent **nemini** persuaderent.

Rursum si semper **recte** sentirent, profecto haeretici non fuissent; sed dum fallendi arte ad utraque deserviunt, et ex malis bona inficiunt, et ex bonis mala, ut recipiantur, abscondunt. Sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit, **cumque** hoc quod dulce est primo tactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum indubitanter absorbetur:

itaque haeretici, licet permisceant recta perversis, ut **audiendo** bona auditores sibi attrahant, et exhibendo mala eos latenter peste corrumpant, aliquando tamen praedicatione Ecclesiae sanctae et exhortatione correcti ab hac sensus sui diversitate salvantur.<sup>149</sup>

Sicut Achiør videns victoriam Judith, reliquit errorem pristinum, et asociatus est Israelitis per credulitatem circumcidens carnem praeputii sui, et appositus est ad populum Dei. Hinc et amici Job<sup>150</sup> reconciliationis suae sacrificium **ejus de** sancti viri manibus offerunt, atque ad superni iudicis gratiam vel addicti revocantur; quos **tamen** in

bocca. Questo popolo discende dai Caldei. Essi dapprima soggiornarono nella Mesopotamia, perché non vollero seguire gli dèi dei loro padri che si trovavano nel paese dei Caldei. Abbandonate pertanto le cerimonie dei loro padri, che erano politeiste, adorarono l'unico Dio del cielo, che comandò loro di uscire da lì e di andare nel paese di Canaan.»

Con Achiør, condottiero degli Ammoniti - che, benché fosse dedito all'idolatria, tuttavia annunciò alcune cose vere sulle opere e i miracoli divini -, in modo non sconveniente vengono designati quanti non sono ancora rigenerati nel battesimo di Cristo e non hanno imparato perfettamente la fede cattolica, e tuttavia hanno già percepito, ascoltando, alcuni aspetti rilevanti della dottrina evangelica, e non temono di dare ad altri notizia,

[Con Achiør possono pure essere intesi gli eretici, che, benché non mantengano in tutto la via della verità, tuttavia nella loro dottrina **inseriscono alcune cose vere**] di ciò che concorda con la nostra fede. Essi, benché non deflettano dal combattere contro l'unità della Chiesa insieme agli altri persecutori della fede Cristiana, tuttavia, vinti dalla verità, non possono nascondere del tutto la verità stessa, anzi la espongono con lucide affermazioni.

Per cui nel libro di Giobbe *gli amici dello stesso Giobbe che vennero a consolarlo per la disgrazia che si era abbattuta su di lui*, portandogli oltraggio invece che consolazione, nelle loro parole contenevano qualcosa di vero, ma tuttavia essi non concordavano in tutto con la verità. *Hanno questo di caratteristico gli eretici, che mescolano insieme idee buone e idee cattive, per ingannare facilmente il sentimento di chi li ascolta. Se dicessero sempre cose errate, ben presto identificati nella loro posizione errata, non riuscirebbero a convincere di ciò che vorrebbero.*

*Peraltro se avessero sempre opinioni giuste, non sarebbero eretici. Ma ricorrendo all'arte dell'inganno in un senso o nell'altro, camuffando il bene col male e il male col bene, si nascondono per farsi accettare. Sono come chi porgendo un bicchiere di veleno, ne asperge l'orlo con la dolcezza del miele, così uno, gustando al primo contatto ciò che è dolce, sicuramente assorbe anche ciò che è letale.*

*E così gli eretici mescolano le cose giuste con quelle errate per attrarre gli uditori ostentando il bene, e corromperli con la peste nascosta presentando il male. Tuttavia qualche volta, richiamati dalla predicazione e dall'esortazione della santa Chiesa, recedono dalla loro posizione contraria.*

Come Achiør, vedendo la vittoria di Giuditta, abbandonò il pristino errore e si associò agli Israeliti circoncidendo per fede la carne del suo prepuzio, e fu aggiunto al popolo di Dio. Di qui anche gli amici di Giobbe offrono dalle mani di quel santo uomo il sacrificio della loro riconciliazione, e sono richiamati alla grazia del giudice celeste come

<sup>147</sup> Gdt 5, 5-9 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 5, 1-4 NCEI: "5Gli rispose Achiør, condottiero di tutti gli Ammoniti: «Ascolti bene il mio signore la risposta dalle labbra del tuo servo: io dirò la verità sul conto di questo popolo, che sta su queste montagne, vicino al luogo ove tu risiedi, né uscirà menzogna dalla bocca del tuo servo. 6Questo è un popolo che discende dai Caldei. 7Essi dapprima soggiornarono nella Mesopotamia, perché non vollero seguire gli dèi dei loro padri che si trovavano nel paese dei Caldei. 8Abbandonata la via dei loro antenati, adorarono il Dio del cielo, quel Dio che essi avevano riconosciuto; perciò quelli li scacciarono dalla presenza dei loro dèi ed essi fuggirono in Mesopotamia e là soggiornarono per molto tempo. 9Ma il loro Dio comandò loro di uscire dal paese che li ospitava e di andare nel paese di Canaan.".

<sup>148</sup> Cfr Gb 2, 11ss.

<sup>149</sup> Gregorio Magno, "Commento morale a Giobbe", Parte prima, V, 28. Propongo qui la traduzione di E. Gandolfo, ed. Città Nuova 1992

<sup>150</sup> Cfr Gb 42, 8.

evangelio illa decem leprosum mundatio designat.

[11] In lepra quippe et pars cutis in fulgorem ducitur et pars in colore sano retinetur. Leprosi itaque hereticos expriment qui, dum rectis prava permiscunt, colorem sanum maculis aspergunt. Unde et bene ut salventur clamant: «Jesu, praeceptor», qui enim in eius verbis se errasse significant, hunc salvandi humiliter praeceptorem vocant.

[12] «**Et factum est cum cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrum: "Quis iste est qui filios Israhel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus eius, homines inermes et sine virtute, et sine peritia artis pugnae? Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos ascendamus in montana et, cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur"**» (Idt 5, 26-8).

[13] «Magnates Holofernis» audito veritatis testimonio irascuntur, cum hi qui in fastu mundano superbiunt, testificante evangelio, virtutem Christi iritantur atque praedicatores ipsius simul cum cetera turba fidelium interimere minantur, quasi «homines inermes et inhabiles pugnae» forinsecus despiciunt, qui vigorem animi eorum et fidei virtutem, quibus invisibiliter contra hostes spirituales pugnant, considerare interius nequeunt, quasi turbae periturae praecones veritatis tradere iubent, qui spe falsa potentiae suae se delusos esse non vident.

[14] Hinc in evangelio Iudaei, qui propter perfidiam suam ad phalanges Holofernis typici pertinebant, caeco nato a Salvatore illuminato, quem a synagoga eiecerunt, quasi insultantes atque maledicentes dicebant: «Tu discipulus eius sis, nos autem Moysi discipuli sumus», quia eum perditum aestimaverunt qui de suo consortio separatus redemptoris discipulatu adhaesisset, quem crucifigere ac morti tradere iam tunc decreverunt. Unde bene huic rationi convenit quod de Achior factum Scriptura commemorat dicens:

VI

[1] «**Tunc Holofernis praecepit servis suis ut comprehenderent Achior et ducerent eum in Bethuliam et traderent eum in manu filiorum Israhel. Et accipientes eum servi Holofernis profecti sunt per campestria; sed cum adpropinquassent ad montana exierunt**

Evangelio illa decem leprosum mundatio designat.

In lepra quippe et pars cutis in fulgorem ducitur, et pars in colore sano retinetur. Leprosi itaque haereticos expriment, qui dum rectis prava permiscunt, colorem sanum maculis aspergunt. Unde et bene ut salventur, clamant: «Jesu, praeceptor», qui enim in eius verbis se errasse significant hunc salvandi humiliter praeceptorem vocant.<sup>151</sup>

«Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba haec, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum: Quis est iste qui dicat filios Israel posse resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus ejus, homines inermes, et sine virtute, et sine peritia artis pugnae? Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana, et cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur.»<sup>152</sup>

Magnates Holofernis audito veritatis testimonio irascuntur, cum hi qui in fastu mundano superbiunt testificante Evangelio virtutem Christi iritant, atque praedicatores ipsius cum caetera turba fidelium interimere minantur, quasi homines inermes et inhabiles pugnae forinsecus despiciunt, qui vigorem animi eorum et fidei virtutem, quibus invisibiliter contra hostes spirituales pugnant, considerare interius nequeunt, quasi turbae periturae praecones veritatis tradere jubent, qui spe falsa potentiae suae se delusos esse non vident.

Hinc in Evangelio Iudaei, qui propter perfidiam suam ad phalanges Holofernis typice perveniebant, caeco nato a Salvatore illuminato, quem a synagoga eiecerunt, quasi insultantes atque maledicentes dicebant: «Tu discipulus ejus sis, nos autem Moysi discipuli sumus.»<sup>153</sup> quia eum perditum aestimaverunt, qui de suo consortio separatus redemptoris discipulatu adhaesisset, quem crucifigere ac morti tradere iam tum decreverant. Unde bene ejusmodi convenit, quod de Achior factum Scriptura commemorat, dicens.

CAP. VI

*Holofernes Achior sacerdotem duci jubet ad Bethuliam atque ad arborem ligari, quem filii Israel resolutum vinculis ad Bethuliam duxerunt, atque eum consolati sunt.*

«Tunc Holofernes praecepit servis suis, ut comprehenderent Achior, et perducerent eum in Bethuliam, et traderent eum in manus filiorum Israel. Et accipientes eum servi Holofernis profecti sunt per campestria. Sed cum adpropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularii;

schiaivi per debiti; e tuttavia<sup>158</sup> nel Vangelo li designa la purificazione dei dieci lebbrosi.

Infatti nella lebbra una parte della pelle è resa lucida e una parte è conservata in un colore sano. Pertanto i lebbrosi esprimono gli eretici che, dato che mischiano cose corrette alle preverse, aspergono di macchie il colore sano. Per cui opportunamente, per essere salvati, gridano: «Gesù, maestro», loro che infatti riconoscono di aver errato nelle loro parole, per essere salvati lo invocano umilmente maestro.

«Quando Achior cessò di pronunciare queste parole, tutti gli ufficiali di Oloferne si adirarono, e proponevano di ucciderlo, dicendosi l'un l'altro: "Chi è costui che dice che gli Israeliti possono resistere al re Nabucodonosor e al suo esercito, uomini che non possiedono né esercito né forze, e inesperti nell'arte della guerra? Perché dunque Achior riconosca che ci inganna, saliamo ai monti e, quando saranno catturati i forti fra loro, allora, insieme ad essi, lo trafiggeremo con la spada".»

“Gli ufficiali di Oloferne”, all’udire la testimonianza della verità, si adirano, poiché coloro che si insuperbiscono nel fasto mondano, come testimonia il Vangelo, cassano la virtù di Cristo<sup>159</sup>, e minacciano di togliere di mezzo i suoi predicatori con<sup>160</sup> tutta la turba dei fedeli; quasi [fossero] “uomini inermi e inesperti nell’arte della guerra” li disprezzano esteriormente, loro che non sanno considerare interiormente il vigore d’animo e la forza della fede con cui [essi] combattono contro gli avversari spirituali; quasi [fossero] turba destinata a morire, ordinano di catturare gli araldi della verità, loro che non vedono che [essi] sono delusi dalla falsa speranza della loro potenza.

Di qui nel Vangelo i Giudei, che per la loro perfidia si associavano<sup>161</sup> tipologicamente alle falangi di Oloferne – [quando fu] illuminato dal Salvatore il cieco nato, che cacciarono dalla sinagoga – quasi insultando[lo] e maledicendo, dicevano: «*Suo discepolo sei tu! Noi siamo discepoli di Mosè!*», perché stimarono perso lui, che separato dal loro consorzio aveva aderito al discepolato del redentore, che allora avevano già decretato di crocifiggere e condurre a morte. Per cui opportunamente si confà in tal modo ciò che la Scrittura ricorda [come] fatto ad Achior, dicendo.

CAP. 6

*Oloferne comanda di condurre a Betùlia e di legare ad un albero il sacerdote Achior, e gli Israeliti lo sciolsero dalle catene e lo condussero a Betùlia, e lo rincuorarono.*

«Allora Oloferne diede ordine ai suoi servi di prendere Achior, di condurlo vicino a Betùlia e di abbandonarlo nelle mani degli Israeliti. I servi di Oloferne lo presero e lo condussero verso la pianura. Ma quando si avvicinarono alla zona montana uscirono contro di loro i frombolieri.

<sup>151</sup> Cfr Lc 17, 12-14.

<sup>152</sup> Gdt 5, 26-28 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 5, 22-24 NCEI: “22Quando Achior cessò di pronunciare queste parole, tutta la folla che circondava la tenda e stazionava intorno alzò un mormorio, mentre gli ufficiali di Oloferne e tutti gli abitanti della costa e i Moabiti proponevano di ucciderlo. 23«Non avremo certo paura degli Israeliti – dicevano – perché è un popolo che non possiede né esercito né forze per un valido schieramento. 24Dunque avanziamo, ed essi diventeranno un pasto per tutto il tuo esercito, o sovrano Oloferne».”.

<sup>153</sup> Gv 9, 28. Ma, più in generale, tutto il passo si riferisce al cap. 9; quello che, in terra ambrosiana, è il Vangelo della Domenica del cieco nato (4° di Quaresima).

<sup>158</sup> L’edizione critica legge: “opportunamente”. Ritengo che sia l’opzione preferibile.

<sup>159</sup> L’edizione critica legge: “sono irritati dalla virtù/potenza di Cristo”.

<sup>160</sup> L’edizione critica legge: “insieme a”.

<sup>161</sup> L’edizione critica legger: “che ... appartenevano alle falangi dell’Oloferne tipologico”.



**contra eos fundibularii. Illi autem, divertentes a latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vinctum de restibus dimiserunt eum et reversi sunt ad dominum suum»** (Idt 6, 7-9).

[2] «Servi Holofernis comprehensum Achior per campestria ducunt», cum persecutores catholicae fidei confessorem Christi ad illicita desideria et ad latam atque spatiosam viam saeculi, quae ducit ad mortem, pertrahere cupiunt; sed «cum ad montes propinquant fundibularii contra eos» egressi iaculis perterritos fugant; quia viri virtutis, qui supernae contemplationi frequentius adhaerent, testimoniorum **divinorum** sagittis malivolos perturbant.

[3] At illi, cum votum suum ad effectum perducere nequeunt, «vinctum ad arborem manibus et pedibus ligare» disponunt; quia militem Christi cum persuasu pravo seducere non possunt, crucis ac mortis eius participem facere contendunt, ipsique «revertuntur ad dominum suum», quia non correcti, sed magis depravati ad servitium pristini domini per augmenta scelerum revertuntur.

[4] «**Porro filii Israhel, descendentes de Bethulia, venerunt ad eum, quem solventes duxerunt ad Bethuliam, atque in medio populi illum statuentes percontati sunt quid rerum esset quod illum vinctum Assyrii reliquissent**» (Idt 6, 10) et cetera.

Quid est quod ad arborem ligatum Achior Israhelitae solvunt, nisi quod doctores ecclesiae catecumenos suos poenas persecutorum non **vereri**, sed **nec** mortem ipsam pertimescere docent?

[5] Quasi enim ab arbore ligatum solvi est a formidine crucis mentem pavidam sanis sermonibus **erui** et ad passionem pro Christo **pate** evangelicis doctrinis **ac** sanctorum exemplis roborari, sicque hoc digne fit si ad exemplum illorum *principum*, hoc est *Oziae et Charmi*, qui Achior confortantes *preces* devotas **simul** cum *omni populo Domino effuderunt*, magistri ecclesiae cum cetera turba fidelium auditores suos piis precibus Domino commendare studuerint, ut eius dono inpendatur quod humana non potest tribuere infirmitas.

[6] «**Tunc Ozias finito concilio suscepit eum in domum suam et fecit cenam magnam et, vocatis omnibus presbiteris, simul expleto ieiunio refecerunt. Postea vero convocatus omnis populus et per totam noctem intra ecclesiam oraverunt, petentes auxilium a Deo Israhel**» (Idt 6, 19-21).

[7] «Cenam magnam expleto ieiunio facit» qui animam languidam et pane verbi Dei diu indigam evangelicis doctrinis et dapibus virtutum

illi autem divertentes a latere montis, ligaverunt Achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vinctum restibus dimiserunt eum, et reversi sunt ad dominum suum.»<sup>162</sup>

Servi Holofernis comprehensum Achior per campestria ducunt, cum persecutores catholicae fidei confessores Christi ad illicita desideria et ad latam atque spatiosam viam saeculi, quae ducit ad mortem<sup>163</sup>, pertrahere cupiunt; sed cum ad montem appropinquant, fundibularii contra eos egressi iaculis perterritos fugant; quia viri virtutis, qui supernae contemplationi frequentius adhaerent, testimoniorum sagittis malevolos perturbant.

At illi cum votum suum ad effectum perducere nequeunt, vinctum ad arborem manibus et pedibus ligare disponunt. Quia militem Christi cum persuasu pravo seducere non possunt, crucis ac mortis ejus participem facere contendunt; ipsique revertuntur ad dominum suum, quia non correcti, sed magis depravati ad servitium pristini domini per augmenta scelerum revertuntur.

«Porro filii Israhel descendentes de Bethulia venerunt ad eum, quem solventes duxerunt ad Bethuliam atque in medio populi illum statuentes percontati sunt quid rerum esset quod illum vinctum Assyrii reliquissent.»<sup>164</sup>

Quid est quod ad arborem ligatum Achior Israhelitae solvunt, nisi quod doctores Ecclesiae catecumenos suos poenas persecutorum non **belli**, sed **ne** mortem ipsam pertimescere docent.

Quasi enim ab arbore ligatum solvi, est a formidine crucis mentem pavidam sanis sermonibus et ad passionem pro Christo evangelicis doctrinis **et** sanctorum exemplis roborari, sicque hoc digne fit, si ad exemplum illorum *principum*, hoc est *Oziae et Charmi*, qui Achior confortantes *preces* devotas cum *omni populo effuderunt*<sup>165</sup>, magistri Ecclesiae cum caetera turba fidelium auditores suos piis precibus Domino commendare studuerunt, ut ejus dono inpendatur, quod humana non potest tribuere infirmitas.

«Tunc Ozias finito **consilio** suscepit eum in domum suam, et fecit **ei** coenam magnam, et vocatis omnibus presbyteris simul expleto jejunio refecerunt. Postea vero convocatus **est** omnis populus, et per totam noctem intra Ecclesiam oraverunt, petentes auxilium a Deo Israel.»<sup>166</sup>

Coenam magnam expleto jejunio facit, qui animam languidam et pane verbi Dei diu indigam, evangelicis doctrinis et dapibus virtutum reficit,

Allora essi, piegando verso un lato del monte, legarono mani e piedi Achior ad un albero, e lo abbandonarono così legato con funi; quindi fecero ritorno dal loro signore.»

“I servi di Oloferne, preso Achior, lo conducono verso la pianura”, quando i persecutori della fede cattolica desiderano trascinare i confessori di Cristo verso desideri illeciti e sulla via larga e spaziosa dell’*evo*, che conduce alla morte; ma “quando si avvicinano ai monti i frombolieri, usciti contro di loro”, li mettono in fuga atterrendoli con i lanci; perché gli uomini virtuosi, che con maggior frequenza si applicano alla contemplazione delle realtà superne, scompigliano i malevoli con le frecce delle testimonianze divine.

Allora quelli, siccome non riescono a portare a termine il loro proponimento, decidono di legarlo incatenato ad un albero mani e piedi; perché, siccome non possono sedurre con un convincimento depravato il soldato di Cristo, si sforzano di renderlo partecipe della sua croce e morte, ed essi “fanno ritorno al loro signore”, perché, non [essendosi] corretti ma ancor più depravati, tornano al servizio del loro pristino signore con scellerataggini ancora accresciute.

«Ora, scesi da Betulia, gli Israeliti si avvicinarono a lui, lo slegarono, lo condussero a Betulia e, postolo in mezzo al popolo, lo interrogarono sul motivo per cui gli Assiri lo avessero lasciato legato.»

amarezza; il loro vino è fiele di drago, e veleno di aspidi insanabile.» Dunque, inebriato da questo vino, l'ospite della Chiesa giaceva nel letto di una nefanda sicurezza, grazie alla quale confidava di poter peccare impunemente, secondo quel detto: «L'empio, quando è caduto nel profondo dei mali, disprezza;» ma falliva su se stesso, perché, malaccorto, tendeva alla perdizione perpetua.

«Giuditta ordinò all'ancella di stare fuori della camera da letto e di stare di guardia. Giuditta, fermatasi presso il letto, pregando tra le lacrime e col movimento silenzioso delle labbra, disse: Dammi forza, Signore, Dio di Israele, guarda propizio in quest'ora all'opera delle mie mani affinché, come hai promesso, tu sollevi [Gerusalemme] la tua città, e faccia riuscire ciò che ho progettato, confidando che possa essere fatto grazie a te.

Detto ciò, si avvicinò alla colonna che era a capo del letto di lui, e staccò il suo pugnale, che pendeva legato ad essa. E appena lo ebbe sfoderato, afferrò la testa di lui per la chioma, e disse: Dammi forza, Dio, Dio d'Israele, in quest'ora; e lo colpì due volte al collo e gli staccò la testa, e strappò via la cortina dalle colonne, e fece rotolare giù il suo corpo decapitato.»

“La colonna, che era a capo del letto” di Oloferne, indica la durezza di un cuore malvagio, e<sup>343</sup> genera l'errore di una sicurezza malposta. La spada, “che pendeva legata ad essa”, è la malizia di una volontà iniqua. “La chioma del capo” è l'alterigia di un animo superbo. “La cervice”, invero, l'arroganza di un'azione iniqua. E “la cortina”, cioè, la zanzariera indica le insidie di una meditazione fallace.

Dunque la nostra Giuditta affida alla sua ragazza la sorveglianza delle porte, perché la santa Chiesa raccomanda a ciascun fedele di custodire l'osservanza della fede cattolica. Ella stessa prega tra le lacrime, perché invoca l'aiuto superno con intima devozione del cuore. “Si accosta alla colonna, e slega il pugnale”, col quale amputerà il capo dell'avversario dissoluto; quando, messa a nudo la malizia di un cuore duro, recide

<sup>315</sup> Gdt 13, 2-4 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 13, 1-2 NCEI: “in realtà erano tutti estenuati, perché avevano bevuto troppo. 2Giuditta fu lasciata nella tenda e Oloferne era sprofondato sul suo letto, ubriaco fradicio.”

<sup>316</sup> Ef 5, 18. NCEI: “18E non ubriacatevi di vino, che fa perdere il controllo di sé”. Ho ritenuto di mantenere il più incisivo termine latino.

<sup>317</sup> Dt 32, 32-33 Vulg.: “uva eorum, uva fellis, et botri amarissimi. 33 Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.”; VL: “uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis ipsis. 33Furor draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis.”. NCEI traduce: “La loro uva è velenosa, ha grappoli amari. 33Tossico di serpenti è il loro vino, micidiale veleno di vipere.”.

<sup>318</sup> Pv 18, 3 Vulg.: “Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.”; VL: “Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit...”. NCEI: “3Con la malvagità viene il disprezzo,” secondo VulgN; il testo italiano viene adeguato a Vulg..

<sup>319</sup> Gdt 13, 5-10 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 3-8 NCEI: “3Allora Giuditta ordinò all'ancella di stare fuori della camera da letto e di aspettare che uscisse, come aveva fatto ogni giorno; aveva detto infatti che sarebbe uscita per la sua preghiera, e anche con Bagoa aveva parlato in questi termini. 4Si erano allontanati tutti dalla loro presenza e nessuno, dal più piccolo al più grande, era rimasto nella camera da letto. Giuditta, fermatasi presso il letto di lui, disse in cuor suo: «Signore, Dio d'ogni potenza, guarda propizio in quest'ora all'opera delle mie mani per l'esaltazione di Gerusalemme. 5È venuto il momento di pensare alla tua eredità e di far riuscire il mio progetto per la rovina dei nemici che sono insorti contro di noi». 6Avvicinatasi alla sponda del letto che era dalla parte del capo di Oloferne, staccò la scimitarra di lui; 7poi, accostatasi al letto, afferrò la testa di lui per la chioma e disse: «Dammi forza, Signore, Dio d'Israele, in questo giorno». 8E con tutta la sua forza lo colpì due volte al collo e gli staccò la testa. 9Indi fece rotolare il corpo giù dal giaciglio e strappò via la cortina dai sostegni.”.

<sup>343</sup> L'edizione critica legge: “che”.



protervae temptationis.

[7] «Aufert et conopeum», quia fraudes eius detegit quibus simplices et incautos implicare contendit, sicque «truncum hostis corpus evolvit», cum ipsum inimicum ex omni parte infirmum et debilem esse ostendit, ut eo facilius bellatores Christi confidant hostem nequissimum se vincere posse, **quo** eum pleniter ediscunt fragilem et superabilem fore.

[8] «**Et post pusillum exivit et tradidit caput Holofernis ancillae suae, et iussit ut mitteret illud in peram suam; et exierunt duae secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, et transierunt et gyrantes vallem venerunt ad portam civitatis. Et dixit Iudith a longe custodibus murorum: "Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtutem in Israhel"**» (Idt 13, 11-3).

[9] Quid est quod Iudith «ancillae suae tradidit caput Holofernis ut mitteret illud in peram suam», nisi quod **sancta** ecclesia auditoribus suis recordationem confecti belli non vult labi a cogitatione mentis, sed sollicite servare in memoria cordis?

Ita enim de triumpho hostis, **quando** eum per divinam gratiam in aliquo superamus, gaudere debemus, ut iterum eum contra nos bellum disponere non diffidamus.

[10] Propter quod dicit Petrus apostolus: «Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens **circumit** quaerens quem devoret, cui resistite fortes fide». [11] **Hinc** et Paulus ait: «Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim, sequor autem si comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehensisse; **adhuc** unum autem, quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens me, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu. Quicumque **ergo** perfecti sumus, hoc sentiamus».

[12] «Et gyrantes» inquit, «vallem venerunt ad portam civitatis». «Vallem» ambulando «gyrat» qui humilitatem in omni actu suo servat; hic «pervenit ad portam civitatis» quia ille pertingit ad introitum regni caelestis. Unde ipse, qui humilitatis et obedientiae summae exemplar nobis a Deo factus est, per quem vitae aeternae habemus aditum, qui in evangelio ait: [13] «Ego sum ostium; per me si quis introierit, ingredietur et egredietur, et pascua inveniet», ipse alibi ait: «Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris».

[14] «Et dixit Iudith a longe custodibus murorum: "Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtutem in Israhel"». Custodes murorum, hoc est tutores castrorum ecclesiae, sunt doctores sancti, qui verbo et exemplo atque etiam oratione assidua muniunt vitam credentium et ad aeternam beatitudinem illis praeparant introitum; de

protervae tentationis.

Aufert conopeum, quia fraudes eius detegit, quibus simplices et incautos implicare contendit, sicque truncum hostis corpus evolvit, cum ipsum inimicum ex omni parte infirmum et debilem esse ostendit, ut eo facilius bellatores Christi confidant hostem nequissimum se vincere posse, **qui** eum pleniter ediscunt fragilem et superabilem fore.

«Et post pusillum exivit, et tradidit caput Holofernis ancillae suae, et iussit ut mitteret illud in peram suam; et exierunt duae, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, et transierunt **castra**, et gyrantes vallem, venerunt ad portam civitatis. Et dixit Iudith a longe custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israhel.»<sup>320</sup>

Quid est quod Iudith ancillae suae tradidit caput Holofernis, ut mitteret illud in peram suam, nisi quod Ecclesia auditoribus suis recordationem confecti belli non vult labi a cogitatione mentis, sed sollicite servari in memoria cordis;

ita enim de triumpho hostis, **quoniam** eum per divinam gratiam in aliquo superamus, gaudere debemus, ut iterum eum contra nos bellum disponere non diffidamus.

Propter quod dicit Petrus apostolus: «Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens **circuit** quaerens quem devoret, cui resistite fortes fide.»<sup>321</sup> Et Paulus ait: «Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autem, si **quo modo** comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Iesu.

Fratres, ego me non arbitror comprehensisse. Unum autem, quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens **meipsum**, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu. Quicumque **enim** perfecti sumus, hoc sentiamus (Phil. III).»

«Et gyrantes, inquit, vallem, venerunt ad portam civitatis.» Vallem ambulando gyrat, qui humilitatem in omni actu suo servat. Hic pervenit ad portam civitatis, quia ille pertingit ad introitum regni caelestis.

Unde ipse, qui humilitatis et obedientiae summae exemplar nobis a Deo factus est, per quem vitae aeternae habemus aditum, in Evangelio ait: «Ego sum ostium, per me si quis introierit, ingredietur et egredietur, et pascua inveniet.»<sup>322</sup> Ipse alibi ait: «Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.»<sup>323</sup>

«Et dixit Iudith a longe custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israhel.» Custodes murorum, hoc est, tutores castrorum Ecclesiae, sunt doctores sancti, qui verbo et exemplo, atque etiam oratione assidua muniunt vitam credentium, et ad aeternam beatitudinem illis praeparant introitum; de

dall'avversario l'occasione di una tentazione sfrontata.

“Leva la cortina”, perché svela gli inganni, con i quali [il nemico] si sforza di coinvolgere i semplici e gli incauti, e così fa rotolare il corpo decapitato dell'avversario, quando mostra che questo nemico è in ogni modo infermo e debole, così che più facilmente i combattenti di Cristo confidano di poter vincere l'avversario dissoluto, loro<sup>344</sup> che imparano compiutamente che egli è fragile e vincibile.

«Poco dopo uscì e consegnò la testa di Oloferne alla sua ancella, e le ordinò di metterla nella bisaccia; e uscirono tutt'e due, secondo il loro uso, come per la preghiera. Attraversato l'accampamento, fecero il giro della valle, arrivarono alle porte della città. Giuditta gridò da lontano al corpo di guardia delle mura: «Aprite le porte, poiché è con noi Dio, che ha fatto una cosa mirabile in Israele.»

Cosa significa che Giuditta “consegnò alla sua ancella il capo di Oloferne, perché lo mettesse nella sua bisaccia”, se non che la [santa] Chiesa non vuole che il ricordo della guerra conclusa scivoli via dalla meditazione dell'animo dei suoi catecumeni, ma che sia conservato con cura nella memoria del cuore; infatti dobbiamo godere del trionfo sull'avversario, poiché<sup>345</sup> per grazia divina lo superiamo in qualcuno, così da non temere che egli intenda di nuovo battaglia contro di noi.

Per questo l'apostolo Pietro dice: «*Siate sobri, vegliate. Il vostro nemico, il diavolo, come leone ruggente va in giro cercando chi divorare. Resistetegli saldi nella fede.*» E Paolo dice: «*Non ho certo raggiunto la mèta, non sono arrivato alla perfezione; ma mi sforzo di correre per conquistarla, perché anch'io sono stato conquistato da Cristo Gesù. Fratelli, io non ritengo ancora di averla conquistata. So soltanto questo: dimenticando ciò che mi sta alle spalle e proteso verso ciò che mi sta di fronte, corro verso la mèta, al premio che Dio ci chiama a ricevere lassù, in Cristo Gesù. Tutti noi, che siamo perfetti, dobbiamo avere questi sentimenti (Fil. 3, 12-15).*»

«Fecero il giro della valle, dice, arrivarono alle porte della città.» “Fa il giro della valle” camminando, chi in ogni suo atto conserva l'umiltà. Costui “perviene alla porta della città”, perché egli giunge all'ingresso del regno celeste. Per cui colui, che da Dio è reso per noi esemplare per l'umiltà e la somma obbedienza, e grazie al quale abbiamo adito alla vita eterna, nel Vangelo dice: «*Io sono la porta: se uno entra attraverso di me, entrerà e uscirà e troverà pascolo.*» Sempre lui altrove dice: «*Venite a me, voi tutti che siete stanchi e oppressi, e io vi darò ristoro. Prendete il mio giogo sopra di voi e imparate da me, che sono mite e umile di cuore, e troverete ristoro per la vostra vita.*»

«Giuditta gridò da lontano al corpo di guardia delle mura: «Aprite le porte, poiché è con noi Dio, che ha fatto una cosa grande in Israele.» I custodi delle mura, cioè i tutori delle fortezze della Chiesa, sono i santi dottori, che con la parola e l'esempio, e pure con un'orazione assidua, fortificano la vita dei credenti, e preparano loro l'ingresso all'eterna

<sup>320</sup> Gdt 13, 11-13 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 9b-11 NCEI: “9[...] Poco dopo uscì e consegnò la testa di Oloferne alla sua ancella, 10la quale la mise nella bisaccia dei viveri e uscirono tutt'e due, secondo il loro uso, per la preghiera. Attraversato l'accampamento, fecero il giro della valle, salirono il monte di Betùlia e arrivarono alle sue porte. 11Giuditta gridò da lontano al corpo di guardia delle porte: «Aprite, aprite subito la porta: è con noi Dio, il nostro Dio, per esercitare ancora la sua forza in Israele e la sua potenza contro i nemici, come ha fatto oggi.»”.

<sup>321</sup> 1Pt 5, 8-9.

<sup>322</sup> Gv 10, 9.

<sup>323</sup> Mt 11, 28-29.

<sup>344</sup> L'edizione critica legge: “per cui”.

<sup>345</sup> L'edizione critica legge: “quando”.

quibus per prophetam dicitur: «Super muros tuos, Hierusalem, constitui custodes, tota die et tota nocte non tacebunt» laudare nomen Domini.

[15] Possunt et angelicae virtutes custodes murorum spiritualium intelligi, quae nobis deputatae sunt ut nos suis solatiis contra malignos spiritus defendant.

Clamat ergo «Iudith a longe custodibus», postulans sibi «aperire portas eo quod secum sit Dominus»; [16] sic et ecclesia, in peregrinatione istius mundi et in via praesentis vitae constituta, totis medullis cordis clamans postulat ut per suffragia sanctorum sibi supernae patriae pandatur introitus, ut ibi nominis sui expleat officium, dicens cum propheta: «Aperite mihi portas iustitiae et ingressus in eas confitebor Domino; haec porta Domini, iusti intrabunt per eam».

[17] Et unde hoc deponat addit dicens: «quia nobiscum est qui fecit virtutem in Israhel».

Valde enim iustum est ut qui se unitum cum capite suo agnoscit, de quo scriptum est: «Dominus virtutem populo suo dabit et benedicet populum suum in pace», cum eo ad caelestis regni apicem ascendat, quia sine eo nullo modo illuc pervenire potest.

[18] Unde ipsa Veritas in evangelio ait: «Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo».

Potest et hoc quod dicit Iudith custodibus murorum, «aperite portas», devotio cordis auditorum suorum ab ea postulata intelligi, hoc est ut praeparent intentionem cordis ad accipienda ea quae sibi dicuntur; sicut Salvator in evangelio per parabolas docens turbas dixit: «Qui habet aures audiendi audiat». [19] Et Iohannis apostolus in Apocalypsi sua eandem sententiam saepius repetit dicens: «Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis».

Merito ergo illa quae virtutes Domini, quas fecit, exponere vult, auditores devotos quaerit, quia scriptum est: «Beatus qui causam suam loquitur in aurem audientis».

[20] «Et factum est cum audissent viri vocem eius, vocaverunt presbiteros civitatis. Et concurrerunt ad eam omnes a minimo usque ad maximum, quoniam speraverunt eam iam non esse venturam; et accendentes luminaria congraverunt circa eam universi» (Idt 13, 14-6).

[21] Ad «vocem Iudith presbyteri civitatis» cum omni plebe conveniunt, quia ad doctrinam sanctae ecclesiae non solum minores sed etiam maiores «universi concurrunt», ut eius salubria dicta audiant et pura intentione adimplenda suscipiant. Hoc est enim «luminaria

quibus per prophetam dicitur: «Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes, tota die, et tota nocte non tacebunt laudare nomen Domini.»<sup>324</sup>

Possunt angelicae virtutes custodes murorum intelligi spiritualium, quae nobis deputatae sunt, ut nos suis solatiis contra malignos spiritus defendant.

Clamat ergo Judith a longe custodibus, postulans sibi aperiri portas, eo quod secum sit Deus. Sic et Ecclesia in peregrinatione istius mundi, et via praesentis vitae constituta totis medullis cordis clamans postulat, ut per suffragia sanctorum sibi supernae patriae pandatur introitus, ut ibi nominis sui expleat officium, dicens cum propheta:

«Aperite portas iustitiae, et ingressus in eas confitebor Domino, haec porta Domini, iusti intrabunt per eam.»<sup>325</sup>

Et unde hoc deponat addit dicens: «quia nobiscum est, qui fecit virtutem in Israhel.»<sup>326</sup>

Valde enim iustum est ut qui se unitum cum capite suo agnoscit, de quo scriptum est, «Dominus virtutem populo suo dabit, et benedicet populum suum in pace,»<sup>327</sup> cum eo ad coelestis regni apicem ascendat, quia sine eo nullo modo illuc pervenire potest.

Unde ipsa Veritas in Evangelio ait: «Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo filius hominis, qui est in coelo.»<sup>328</sup>

Potest et hoc quod dicit Judith custodibus murorum, «Aperite portas,» devotio cordis auditorum suorum ab ea postulata intelligi, hoc est, ut praeparet intentionem cordis ad accipienda ea quae sibi dicuntur; sicut Salvator in Evangelio per parabolas docens dixit: «Qui habet aures audiendi audiat.»<sup>329</sup> Et Joannes apostolus in Apocalypsi sua eandem sententiam saepius repetit dicens: «Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesiis.»<sup>330</sup>

Merito ergo illa, quae virtutes Domini, quas fecit, expromere vult, auditores devotos quaerit, quia scriptum est: «Beatus qui causam suam loquitur in aurem audientis.»<sup>331</sup>

«Et factum est, cum audissent viri vocem eius, vocaverunt presbyteros civitatis. Et concurrerunt ad eam omnes a minimo usque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturam; et accendentes luminaria congraverunt circa eam universi.»<sup>332</sup>

Ad vocem Judith presbyteri civitatis cum omni plebe conveniunt, quia ad doctrinam sanctae Ecclesiae non solum minores, sed etiam maiores universi concurrunt, ut ejus salubria dicta audiant, et pura intentione adimplenda suscipiant.

beatitudine; di loro, per mezzo del profeta, viene detto: «Sulle tue mura, Gerusalemme, ho posto sentinelle; per tutto il giorno e tutta la notte non taceranno mai» nel lodare il nome del Signore<sup>346</sup>. [Anche] Le potenze angeliche possono essere intese come i custodi delle mura spirituali; esse ci sono destinate perché col loro conforto ci difendano contro gli spiriti maligni. Dunque “Giuditta da lontano” chiama “i custodi”, chiedendo di “aprirle le porte, per il fatto che Dio<sup>347</sup> è con lei”. Così anche la Chiesa, nel pellegrinaggio di questo mondo, e costituita via della vita presente, gridando con tutte le midolla del cuore, chiede che per i suffragi dei santi le sia spalancato l’ingresso della patria superna, perché possa espletare l’ufficio che le compete, dicendo col profeta: «Aprite[mi] le porte della giustizia: vi entrerò per ringraziare il Signore. È questa la porta del Signore: per essa entrano i giusti.» E, per rafforzare la domanda, aggiunge dicendo: «poiché è con noi Dio, che ha fatto una cosa grande in Israele.» Infatti è davvero giusto che, chi si sa unito al proprio capo, di cui è scritto, «Il Signore darà potenza al suo popolo, e benedirà il suo popolo con la pace,» ascenda con lui nell’alto del regno dei cieli, perché senza di lui in nessun modo può giungere là.

Per cui la stessa Verità dice nel Vangelo: «Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell’uomo, che è nel cielo.» Ciò che dice Giuditta ai custodi delle mura, «Aprite le porte,» può essere compreso come la sua richiesta della devozione del cuore da parte dei suoi uditori, cioè che sia preparata l’attenzione del cuore per accogliere le cose che sono dette da lei, come dice nel Vangelo il Salvatore, insegnando [alla turba] in barabole: «Chi ha orecchi per ascoltare, ascolti.» E l’apostolo Giovanni nella sua Apocalisse ripete spesso la medesima sentenza dicendo: «Chi ha orecchi [per ascoltare], ascolti ciò che lo Spirito dice alle Chiese.» A ragione dunque ella, che vuole esporre le potenze del Signore, operate per mano sua, cerca ascoltatori devoti, poiché è scritto: «Beato chi dice la sua causa alle orecchie di chi ascolta.»

«E avvenne che, appena gli uomini sentirono la sua voce, chiamarono gli anziani. Corsero tutti a lei, dal più piccolo al più grande, perché non si aspettavano il suo arrivo; e, acceso il fuoco per fare luce, si strinsero attorno a lei.»

Alla “voce di Giuditta gli anziani della città” con tutto il popolo si radunano, perché alla dottrina della santa Chiesa “accorrono” non solo i meno considerati ma anche tutti i maggiori, per ascoltare le sue parole salutari e, con pura intenzione, assumere la decisione di adempierle.

<sup>324</sup> Is 62, 6 Vulg.: “Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes; tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt.”

<sup>325</sup> Sal 117, 19-20.

<sup>326</sup> Riprende la citazione da Gdt appena fatta; ma è forse non inutile notare l’accostamento a Sal 117, 6 “Dextera Domini fecit virtutem; dextera Domini exaltavit me: dextera Domini fecit virtutem.”; si tratta delle uniche tre volte in cui compare l’espressione “fecit virtutem”.

<sup>327</sup> Sal 28, 11.

<sup>328</sup> Gv 3, 13. NCEI: “13Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell’uomo.”.

<sup>329</sup> Questa frase è ripetutamente presente nei vangeli, talvolta con varianti o con traduzioni NCEI lievemente differenti in dipendenza da VulgN; in Mc 4, 9 concordano sia il testo Vulg che la traduzione NCEI.

<sup>330</sup> Ap 2, 7. 11. 17. 29; 3, 6. 13. 22. NCEI, seguendo VulgN, non traduce “audiendi”.

<sup>331</sup> Cfr Sir 25, 12: “beatus, qui invenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti.”; NCEI Sir 25, 9: “9felice chi ha trovato la prudenza, chi parla a gente che l’ascolta”; oppure Gerolamo, “Commentariorum in Michaeam prophetam libri duo” Cap. VII. Vers. 1 seq. (513): “Si enim beatus est qui in aures loquitur audientis, et auris auditoris desiderium sapientis est,”

<sup>332</sup> Gdt 13, 14-16 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 12-13 NCEI: “12Appena gli uomini della sua città sentirono la sua voce, corsero giù in fretta alla porta della città e chiamarono gli anziani. 13Corsero tutti, dal più piccolo al più grande, perché non si aspettavano il suo arrivo; aprirono dunque la porta, le accolsero dentro e, acceso il fuoco per fare luce, si strinsero attorno a loro.”.

<sup>346</sup> Ritengo corretto limitare la citazione secondo l’edizione critica, in quanto in Sabatier non ho trovato corrispondenze con la versione proposta da MPL.

<sup>347</sup> L’edizione critica legge: “il Signore”.



accendere» ad discendam veritatem, cordis piam devotionem praebere et universas tenebras errorum a se expellere.

[22] «**Illa autem, ascendens in eminentiori loco, iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent dixit Iudith: "Laudate Dominum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam quam promisit domui Israhel, et interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte"»** (Idt 13, 16-8).

[23] Quid est Iudith «in eminentiorem locum ascendere» nisi sanctam ecclesiam ad superna et caelestia dogmata sermonem convertere, ut illuc nostros animos sustollat et ad laudandum Deum pro universis beneficiis suis, quae misericorditer vero impendit Israheli, torpentes provocet? Cuius virtus hostem antiquum interfecit in manu illius feminae, [24] de qua ad callidum serpentem in primordio Dominus ait: «Ipsa conteret caput eius». Et cui ipsa Veritas in evangelio ait: «Ecce dabo vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici».

[25] «**Et proferens de pera caput Holofernus ostendit illis dicens: "Ecce caput Holofernus principis militiae Assyriorum, et ecce conopeum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi et per manum feminae percussit illum Deus noster. [26] Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus eius et hinc euntem et ibi commorantem et inde huc revertentem, et non permisit me ancillam suam Dominus coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis gaudentem in victoria sua, in evasione mea et in liberatione vestra. Confitemur illi omnes quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius"»** (Idt 13, 19-21).

[27] «Profert» Iudith in conspectum populi «caput Holofernus» et «ostendit illis conopeum eius in quo recumbebat in ebrietate sua», cum sancta ecclesia mentem superbam antiqui hostis fidelibus sermone lucido exponit et dolum illius, in quo malitia plenus confidebat, illis aperte revelat, ut sciant quanta perversitatis inimicus eorum sit et quanta pietate omnipotentis Dei sub dominio fidelium animarum superatus atque redactus est; [28] quas inlaesas ab omni fraude hostis et contaminatione erroris protectio divina custodit, ut his omnibus perfecte agnitis conditori suo atque redemptori pro hoc condignas gratias agant atque devotas laudes incessanter referant.

[29] Hinc est quod pastor ecclesiae auditores suos ammonuit dicens: «Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quaerens quem devoret, cui resistite fortes fide». Hinc et Paulus ait: «Timeo ne sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita et sensus vestri corrumpantur a veritate quae est in Christo Iesu Domino

Hoc est enim luminaria accendere, ad discendam veritatem, cordis piam devotionem praebere, et universas tenebras errorum a se repellere.

«Illa autem ascendens in eminentiorem locum, jussit fieri silentium: Cumque omnes tacuissent, dixit Judith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel, et interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte.»<sup>333</sup>

Quid est Judith in eminentiorem locum ascendere? nisi sanctam Ecclesiam ad superna et coelestia dogmata sermonem convertere, ut illuc nostros animos sustollat, et ad laudandum Deum pro universis beneficiis suis, quae misericorditer vero impendit Israel, torpentes provocet, cujus virtus hostem antiquum interfecit in manu illius feminae, de qua ad callidum serpentem Dominus in primordio ait: «Ipsa conteret caput ejus.»<sup>334</sup> Et cum ipsa Veritas in Evangelio ait: «Ecce ego dabo vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici.»<sup>335</sup>

«Et proferens de pera caput Holofernus ostendit illis dicens: Ecce caput Holofernus principis militiae Assyriorum. Et ecce conopeum in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manus feminae percussit illum Dominus Deus noster. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me angelus ejus, et hinc euntem et ibi commorantem, et inde huc revertentem, et non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis gaudentem in victoria sua, in evasione mea et in liberatione vestra. Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.»<sup>336</sup>

Profert Judith in conspectu populi caput Holofernus, et ostendit illis conopeum ejus, in quo recumbebat in ebrietate sua: cum sancta Ecclesia mentem superbam antiqui hostis fidelibus sermone lucido exponit, et dolum illius, in quo malitia plenus confidebat, illis aperte revelat, ut sciant quanta perversitatis inimicus ipsorum sit, et quanta pietate omnipotentis Dei sub dominio fidelium animarum superatus atque redactus est; quas illaesas ab omni fraude hostis et contaminatione erroris protectio divina custodit, ut his omnibus perfecte agnitis Conditori suo atque Redemptori pro hoc condignas gratias agant, atque devotas laudes incessanter referant.

Hinc est, quod pastor Ecclesiae auditores suos admonuit dicens: «Sobrii estote, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, cui resistite fortes in fide (I Petr. V).» Hinc et Paulus ait: «Timeo, ne sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita et sensus vestri corrumpantur a veritate, quae est in Christo Iesu Domino

Questo infatti è “accendere le luci”: far nascere la pia devozione del cuore e scacciare da sé tutte quante le tenebre degli errori, per apprendere la verità.

«Ella, dunque, salendo su un luogo più elevato, ordinò di fare silenzio; e non appena tutti tacquero, Giuditta disse: Lodate il Signore Dio nostro, perché non ha abbandonato quanti sperano in lui, e in me, sua ancella, ha adempiuto la sua misericordia, che aveva promesso alla casa d’Israele, e in questa notte per mano mia ha colpito il nemico del suo popolo.»

Cosa significa che Giuditta salì a un luogo più elevato? se non che la santa Chiesa volga il discorso ai dogmi superni e celesti, per sollevare là i nostri animi, e provocare a lodare Dio per tutti i suoi benefici - che invero spese con misericordia per Israele - gli intorpiditi, la cui virtù uccise l’avversario antico per mano di quella femmina di cui in principio il Signore disse al serpente astuto: «questa ti schiaccerà la testa.» E come<sup>348</sup> la Verità stessa dice nel Vangelo: «Ecco, io vi ho dato il potere di camminare sopra serpenti e scorpioni e sopra tutta la potenza del nemico.»

«Allora cavò fuori la testa di Oloferne dalla bisaccia e la mise in mostra dicendo loro: Ecco la testa di Oloferne, comandante supremo dell’esercito assiro, ed ecco la [sua] cortina sotto la quale giaceva ubriaco; dove il Signore Dio nostro l’ha colpito per mano di una donna. Viva dunque il Signore, perché mi ha protetto il suo angelo, sia andando da qui, sia nella mia permanenza là, sia tornando da là a qua, e il Signore non ha permesso che io, sua ancella, fossi contaminata, ma senza lordura di peccato mi ha ricondotto da voi, gioiosa per la sua vittoria, per il mio scampo e per la vostra liberazione. Rendete grazie a lui, perché è buono, perché il suo amore è per sempre.»

“Cava fuori”, Giuditta, al cospetto del popolo “il capo di Oloferne”, e “mostra loro la sua cortina, al cui interno giaceva nella sua ubriachezza”: quando la santa Chiesa, con un lucido discorso, spiega l’animo superbo dell’antico avversario, e rivela apertamente il suo inganno, in cui confidava pienamente con malizia, perché sappiano di quale perversità sia il loro nemico, e di quanto sia superato e umiliato dalla pietà di Dio onnipotente nel dominio delle anime dei fedeli; queste la protezione divina custodì illese da ogni inganno dell’avversario e contaminazione d’errore, perché, conosciuto perfettamente tutto ciò, rendano degne grazie per ciò al loro Autore e Redentore, e presentino senza cessa devote lodi.

Di qui, ciò che il pastore della Chiesa ricordò ai suoi uditori dicendo: «*Siate sobrii, vegliate. Il vostro nemico, il diavolo, come leone ruggente va in giro cercando chi divorare. Resistetegli saldi nella fede (1Pt 5, 8-9).*» Di qui anche Paolo dice: «*Temo però che, come il serpente con la sua malizia sedusse Eva, così i vostri pensieri vengano in qualche*

<sup>333</sup> Gdt 13, 16-18 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 14 NCEI: “14Giuditta disse loro a gran voce: «Lodate Dio, lodatelo; lodate Dio, perché non ha allontanato la sua misericordia dalla casa d’Israele, ma in questa notte per mano mia ha colpito i nostri nemici».”. mi permetto accostare tre versetti del Magnificat (Lc 1, 48-50): “48 Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, 49 quia fecit mihi magna qui potens est : et sanctum nomen ejus, 50 et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.”.

<sup>334</sup> Gn 3, 15.

<sup>335</sup> Lc 10, 19.

<sup>336</sup> Gdt 13, 19-21 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 15-16 NCEI: “15Allora tirò fuori la testa dalla bisaccia e la mise in mostra dicendo loro: «Ecco la testa di Oloferne, comandante supremo dell’esercito assiro, ed ecco la cortina sotto la quale giaceva ubriaco; il Signore l’ha colpito per mano di una donna. 16Viva dunque il Signore, che mi ha protetto nella mia impresa, perché costui si è lasciato ingannare dal mio volto a sua rovina, ma non ha commesso peccato con me, a mia contaminazione e vergogna».”. L’ultimo periodo è citazione puntuale di Sal 105, 1: “Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus.”.

<sup>348</sup> L’edizione critica legge: “alla quale”.



nostro».

[30] Et item: «Confortamini, inquit, in Domino et in potentia virtutis eius, et induite vos arma Dei ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quia non est vobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus».

[31] «Universi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: **"Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros". Porro Ozias princeps populi Israhel dixit ad eam:** [32] **"Benedicta es tu, filia, a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus qui creavit caelum et terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum; quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum"»** (Idt 13, 22-5).

[33] «Benedicta est» ecclesia «in virtute Domini», quia per ipsam Dominus contrivit potestatem diaboli; et «benedicta est illa prae omnibus mulieribus super terram», quia fidei eius confessio et divini cultus vera religio in toto orbe retinet palmam.

[34] «Cuius laus non recedet de ore hominum» qui memores sunt eius studii et bonorum actuum, eo quod per dilectionem Dei et proximi, qua maxime fervet, non veretur magnitudinem praesentium tribulationum, sed fide plena et spe firma attendit ad eminentiam caelestium praemiorum, ubi in futura vita consors erit gaudii et beatitudinis sanctorum angelorum.

[35] «Porro Achior vocatus venit. Et dixit: **"Deus Israhel, cui tu testimonium dedisti quod ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiae suae Deum Israhel contempsit et tibi interitum minabatur dicens: Cum captus fuerit populus Israhel, gladio perforare praecipiam latera tua".** [36] **Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus prae pavore cecidit in faciem super terram, et aestuavit anima eius. Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius et adoravit eam»** (Idt 13, 27-30) et cetera.

[37] Per Achior ducem Ammonitarum, ut supra diximus, pagani sive heretici designantur, qui cum viderint sanctam ecclesiam, per fidei constantiam, hostium ac persecutorum suorum ferocitatem superare, nimio pavore concussi a contumacia elationis suae corruunt atque

nostro (I Cor. XI).»<sup>337</sup>

Et item: «Confortamini, inquit, in Domino, et in potentia virtutis ejus, et induite vos armatura Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quia non est nobis<sup>338</sup> colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in coelestibus (Ephes. VI).»

«Universi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porro Ozias princeps populi dixit ad eam: Benedicta es tu, filia, a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram<sup>339</sup>. Benedictus Dominus, qui creavit coelum et terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum; quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.»<sup>340</sup>

Benedicta est Ecclesia in virtute Domini, quia per ipsum<sup>341</sup> Dominus contrivit potestatem diaboli, et benedicta est illa prae omnibus mulieribus super terram; quia fidei ejus confessio, et divini cultus vera religio in toto orbe retinet principatum.

Cujus laus non recedet de ore hominum, qui memores sunt ejus studii, et bonorum actuum, eo quod per dilectionem Dei et proximi, qua maxime fervet, non miretur magnitudinem praesentium tribulationum, sed fide plena et spe firma contendit ad eminentiam caelestium praemiorum, ubi in futura vita consors erit gaudii et beatitudinis sanctorum angelorum.

«Porro Achior vocatus venit, et dixit ei: Deus Israel, cui tu testimonium dedisti, quod ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et ut probes, quod ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiae suae Deum Israel contempsit, et tibi interitum minabatur dicens: Cum captus fuerit populus Israel, gladio perforare praecipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus prae pavore cecidit in faciem super terram, et aestuavit anima ejus. Postea vero, quia resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes ejus et adoravit eam.»<sup>342</sup>

Per Achior ducem Ammonitarum, ut supra diximus, pagani sive haeretici designantur, qui cum viderent sanctam Ecclesiam per fidem constantiam hostium ac persecutorum suorum ferocitatem superare, nimio pavore concussi a contumacia elationis suae corruunt, atque

modo traviati dalla verità, che è in Cristo Gesù Signore nostro (2Cor 11, 3).»

E parimenti: «rafforzatevi, dice, nel Signore e nel vigore della sua potenza. Indossate l'armatura di Dio per poter resistere alle insidie del diavolo. La nostra battaglia infatti non è contro la carne e il sangue, ma contro i Principati e le Potenze, contro i dominatori di questo mondo tenebroso, contro gli spiriti del male che abitano nelle regioni celesti (Ef 6, 10-12).»

«Tutti si chinarono ad adorare il Signore, e le dissero: Ti ha benedetto il Signore nella sua potenza, perché per tuo mezzo ha annientato i nostri nemici. Ozia, capo del popolo, a sua volta le disse: Benedetta sei tu, figlia, dal Signore Dio altissimo più di tutte le donne che vivono sulla terra, e benedetto il Signore che ha creato il cielo e la terra e ti ha guidato a troncare la testa del capo dei nostri nemici, perché oggi ha reso grande il tuo nome, affinché la tua lode non abbandoni la bocca degli uomini.»

“Benedetta è” la Chiesa “nella potenza del Signore”, perché per mezzo di lei il Signore ha spezzato il potere del diavolo, e benedetta è lei sopra tutte le donne della terra; perché la confessione della sua fede, e la vera santità del culto divino detiene il principato<sup>349</sup> in tutta la terra.

La lode di lei non recede dalla bocca degli uomini, che sono memori del suo impegno, e delle buone azioni, per il fatto che per amore di Dio e del prossimo - amore di cui è grandemente accesa - non bada alla grandezza delle presenti tribolazioni, ma con piena fede e ferma speranza tende all'eminenza dei premi celesti, dove nella vita futura sarà consorte della gioia e della beatitudine degli angeli santi.

«Chiamarono subito Achior e giunse: ella gli disse: il Dio di Israele, cui tu hai reso testimonianza, poiché fa vendetta dei suoi nemici, lui stanotte ha fatto cadere in mano mia il capo di tutti gli increduli. E affinché tu possa valutare che è così, ecco la testa di Oloferne, che nel disdegno della sua superbia ha disprezzato il Dio di Israele, e ti ha minacciato di morte dicendo: Quando il popolo di Israele sarà catturato, mi premurerò di forare il tuo fianco con la spada. Allora Achior, vedendo la testa di Oloferne, angosciato dalla paura, cadde con la faccia a terra e rimase senza respiro. Poi, invero, ripresosi, si gettò ai piedi di lei e la adorò.»

In Achior, condottiero degli Ammoniti, come abbiamo detto sopra, vengono significati i pagani o gli eretici che, quando vedono la santa Chiesa superare, grazie alla fede<sup>350</sup>, la tenacia degli avversari e la ferocia dei suoi persecutori, scossi da grande paura fuggono dalla caparbià

<sup>337</sup> Ma 2Cor 11, 3; Vulg.: “Timeo autem ne sicut serpens Hevam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quæ est in Christo.”; NCEI: “3Temo però che, come il serpente con la sua malizia sedusse Eva, così i vostri pensieri vengano in qualche modo traviati dalla loro semplicità e purezza nei riguardi di Cristo.”.

<sup>338</sup> L'edizione critica legge: “vostra”.

<sup>339</sup> Come non riandare al saluto dell'angelo a Maria (Lc 1, 28): “Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.”.

<sup>340</sup> Gdt 13, 22-25 Vulg. Ed ecco i paralleli vv. 17-19 NCEI: “17Tutto il popolo si stupì profondamente e tutti si chinarono ad adorare Dio, esclamando in coro: «Benedetto sei tu, nostro Dio, che hai annientato in questo giorno i nemici del tuo popolo». 18Ozia a sua volta le disse: «Benedetta sei tu, figlia, davanti al Dio altissimo più di tutte le donne che vivono sulla terra, e benedetto il Signore Dio che ha creato il cielo e la terra e ti ha guidato a troncare la testa del capo dei nostri nemici. 19Davvero il coraggio che ti ha sostenuto non sarà dimenticato dagli uomini, che ricorderanno per sempre la potenza di Dio.”.

<sup>341</sup> Ritengo opportuno aderire alla edizione critica che recita “ipsam”.

<sup>342</sup> Gdt 13, 27-30 Ed ecco i paralleli vv. 14, 6-10 NCEI: “6Chiamarono subito Achior dalla casa di Ozia ed egli appena giunse e vide la testa di Oloferne in mano ad un uomo in mezzo al popolo radunato, cadde a terra e rimase senza respiro. 7Quando l'ebbero sollevato, si gettò ai piedi di Giuditta pieno di riverenza per la sua persona e disse: «Benedetta sei tu in ogni tenda di Giuda e tra tutti i popoli: quanti udranno il tuo nome saranno presi da terrore. 8Ed ora raccontami tutto quello che hai fatto in questi giorni». E Giuditta in mezzo al popolo gli narrò quanto aveva compiuto dal giorno in cui era partita fino al momento in cui parlava loro. 9Quando finì di parlare, il popolo scoppiò in alte grida di giubilo e riempì la città di voci festose. 10Allora Achior, vedendo quello che il Dio d'Israele aveva fatto, credette fermamente in Dio, si fece circoncidere e fu accolto nella casa d'Israele fino ad oggi.”.

<sup>349</sup> L'edizione critica legge: “la palma”.

<sup>350</sup> L'edizione critica legge: “grazie alla tenacia della fede, la ferocia dei suoi nemici e persecutori.”.

sanctam ecclesiam venerari nimio terrore compelluntur, sicque cum sequacibus suis errorem suum relinquere atque fidelium numero se per catholicam confessionem et baptismatis perceptionem associare festinant.

[38] Unde per Esaiam dicitur: «Venient ad te curvi filii eorum qui te humiliaverunt, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, et vocabunt te civitatem Domini Sion sancti Israel».

#### XIV

[1] «**Dixit autem Iudith ad omnem populum: "Audite me, fratres, suspendite caput hoc super muros nostros. Et erit cum exierit sol accipiat unusquisque arma sua et exite cum impetu, non ut descendatis deorsum sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. [2] Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor. Cumque cognoveritis fugere illos ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris"**» (Idt 14, 1-5) et reliqua.

[3] Docet ecclesia materno affectu atque **magisteriali** auctoritate filios suos qualiter hostem spiritalem insequantur, scilicet ut «cum exierit sol suspendant caput inimici sui super muros suos»; hoc est cum serenitas divinae placationis et superni solatii illis resplenduerit, mox contritam superbiam hostis antiqui doctrina evangelica qua muniuntur credentes omnibus patefaciant, et induti armis caelestibus, id est *scuto fidei, lorica iustitiae, galea salutis, gladio spiritus quod est verbum Dei*, non segniter sed fortiter inimicorum cuneum persequantur.

[4] At illi obedientes voci magistrae per omnia, sicut erant edocti ita faciunt. Unde exterriti duces adversi exercitus «ad principem suum suscitandum» ire coguntur, cum primi persecutorum, videntes sanctae ecclesiae **unanimitatem** et fiduciam contra se erectam, ad idola sua et falsa numina concurrunt ut eorum munimine protegantur.

[5] Sed cum ad eos confugerint invenient illos foeditate propriae nequitiae esse spurcissimos, nec eis aliquod solatium conferre posse, cum ipsi omni virtute atque robore sint destituti. Unde, fugae praesidio se salvari sperantes, relinquunt omnia cum quibus se temporaliter ceteris excellere posse credebant, et *per camporum vias et semitas collium*

sanctam Ecclesiam venerari nimio terrore compelluntur, sicque cum sequacibus suis errorem suum relinquere, atque fidelium numero se per catholicam confessionem, et baptismatis perceptionem associare festinant.

Unde per Isaiam dicitur: «Venient ad te curvi filii eorum, qui te humiliaverunt, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, et vocabunt te civitatem Domini, Sion sancti Israel (Isai. LX).»

#### CAP. XIV

*Judith populo consilium praebet ut, exeuntes extra portas, armis perstrepant ut Assyrii metum injiciant.*

«Dixit Judith ad omnem populum: Audite me, fratres, suspendite hoc caput super muros nostros. Et erit, cum exierit sol, accipiat unusquisque arma sua, et exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit, ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor. Cumque cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.»<sup>351</sup>

Docet Ecclesia materno affectu atque **magistrali** auctoritate filios suos, qualiter hostem spiritualem insequantur, scilicet ut cum exierit sol, suspendant caput inimici sui super muros suos; hoc est, cum serenitas divinae placationis et superni solatii illis resplenduerit, mox contritam superbiam hostis antiqui doctrina evangelica qua muniuntur credentes omnibus patefaciant, et induti armis coelestibus, id est, *scuto fidei, lorica iustitiae, galea salutis, gladio spiritus, quod est verbum Dei*<sup>352</sup>, non segniter, sed fortiter inimicorum cuneum persequantur.

At illi obedientes voci magistrae per omnia, sicut erant edocti, ita faciunt. Unde exterriti duces adversi exercitus ad principem suum suscitandum ire coguntur, cum primi persecutorum, videntes sanctae Ecclesiae **unitatem** et fiduciam contra se erectam, ad idola sua et falsa numina concurrunt ut eorum munimine protegantur.

Sed cum ad eos confugerint, invenient illos foeditate propriae nequitiae esse spurcissimos, nec eis aliquod solatium conferre posse, cum ipsi omni virtute atque robore sint destituti. Unde fugae praesidio se salvare sperantes, relinquunt omnia, cum quibus temporaliter se caeteris excellere posse credebant, et per camporum vias et semitas **collium**<sup>353</sup>

della loro arroganza, e sono spinti da grande terrore a venerare la santa Chiesa, e così coi loro seguaci si affrettano ad abbandonare l'errore e ad associarsi al numero dei fedeli per mezzo della confessione cattolica e il ricevimento del battesimo.

Per cui, per mezzo di Isaia è detto: «*Verranno a te in atteggiamento umile i figli dei tuoi oppressori; ti si getteranno proni alle piante dei piedi quanti ti disprezzavano. Ti chiameranno Città del Signore, Sion del Santo d'Israele* (Is 60, 14).»

#### CAP. 14

*Giuditta dà consiglio al popolo di uscire dalle porte e di fare baccano con le armi per incutere paura negli Assiri.*

«Allora diede in alte grida il campo degli Assiri, quando comparvero i miei deboli riarsi dalla sete.» Urlano gli accampamenti degli Assiri - che si traducono *direttori* – quando i persecutori della Chiesa, che si disponevano a guerra contro i fedeli, sono vinti per mezzo dell’umiltà di costoro, che con l’astinenza mortificavano in sé i desideri della carne, e hanno fame e sete di giustizia.

«Figli di giovani donne li trafissero, li trapassarono come disertori.» “Figli di giovani donne” sono i figli delle Chiese di Cristo, che con [*le lance delle sacre Scritture “pungono” e*] con la spada della parola “trapassano” gli avversari [*“fuggitivi”*], quasi fossero pavidos e inabili alla lotta, poiché li distolgono dalla audacia nel combattere: dunque essi<sup>518</sup>, cui è comandato di *amare i propri nemici e pregare per chi li perseguita*<sup>519</sup>, non desiderano ammazzare alcuno con le armi materiali, ma con le spirituali, cioè si adoperano, con l’aiuto divino, a vincere i loro avversari per mezzo delle virtù sacre; per cui viene loro sempre prestato aiuto certo, come nel prosiegua la nostra cantatrice mostra, dicendo:

«Perirono nella battaglia al cospetto del mio Signore.» *Il Signore*

<sup>421</sup> Cfr Mt 4, 3 Vulg.: “Et accedens tentator dixit ei:”; 4, 5 Vulg.: “Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem.”.

<sup>422</sup> Lc 10, 19.

<sup>423</sup> Mt 16, 18 Vulg.: “Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalerunt adversus eam.”. Tuttavia “fundata” lega l’immagine all’altro passo di Mt 7, 24-25 Vulg.: “assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram, 25 et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat super petram.”.

<sup>424</sup> Gc 4, 7; cfr Ef 4, 27.

<sup>425</sup> Cfr sopra cap. I, 11-13 (secondo la suddivisione dell’edizione critica).

<sup>426</sup> Gdt 16, 13 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 11 NCEI: “11Allora i miei poveri alzarono il grido di guerra e quelli si spaventarono, i miei deboli gridarono forte, e quelli furono sconvolti; gettarono alte grida, e quelli volsero in fuga.”.

<sup>427</sup> Gerolamo, op. cit., de Genesi A: “Assyriorum, dirigentium.” / “Assiri, coloro che si schierano.”. Isidoro, op. cit., IX II 3: “I figli di Sem furono cinque, [...] il secondo fu Assur, da cui germogliò l’impero degli Assiri;”, 45: “Gli Assiri derivano il proprio nome da quello di Assur, figlio di Sem: furono un popolo estremamente potente, che occupò l’intera regione che va dall’Eufrate sino ai confini degli Indi.”, 50: “Si ritiene che i Siri abbiano preso nome da Surim, nipote di Abramo attraverso Ketura: quelli che gli antichi chiamavano Assiri noi li chiamiamo Siri, dando al tutto il nome di una parte.”.

<sup>428</sup> Gdt 16, 14a Vulg. Ed ecco il parallelo v. 12 NCEI: “12Figli di giovani donne li trafissero, li trapassarono come disertori.”.

<sup>429</sup> Gdt 16, 14b Vulg. Ed ecco il parallelo v. 12b NCEI: “perirono nella battaglia del mio Signore.”.

<sup>517</sup> In realtà questo secondo stralcio riprende 1Ts 3, 5 Vulg.: “ne forte tentaverit vos is, qui tentat.”.

<sup>518</sup> L’edizione critica legge: “Infatti gli eletti”.

<sup>519</sup> Cfr Mt 5, 44 Vulg.: “Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.”.



«Dominus enim fortis, Dominus potens in praelio»: ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae, et protector salutarium Christi sui est, populi videlicet Christiani, qui sunt membra unigeniti Dei filii, Domini videlicet nostri Iesu Christi, qui est super omnia Deus benedictus in saecula.

[40] «**Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro**» (Idt 16, 15). Bene ergo incitat mystica Iudith populum novum, sanguine Salvatoris redemptum, ut «cantet Domino hymnum novum», hoc est Novi Testamenti praedicet sacramentum, quod ideo dicitur novum quia incarnationem Domini corporeis oculis aetas **antea** nulla conspexit, alias Deo nihil novum est quando, ante constitutionem mundi, universa praescivit. [41]

*Hymnus autem Graecus sermo est, id est laus carminum lege composita; et quoniam hymni erant quos idolis suis etiam gentilitas personabat, addidit «Deo nostro», ut qualem hymnum diceret distincte potuissemus advertere.*

[42] «**Adonai, Domine, magnus es tu et praeclarus in virtute tua, et quem superare nemo potest**» (Idt 16, 16). *Adonai ergo* unum est de decem nominibus Dei apud Hebraeos, et interpretatur *Dominus*, hoc significans quod dominetur cunctae creaturae. [43] Ubi notandum quod *ubicumque secundo ponitur "Dominus Dominus"*, ut in praesenti loco et in Ezechiele, ubi secundum Septuaginta editionem ad principem Tyri sermo Domini loquitur dicens: «Mortibus incircumcisorum morieris in manibus alienorum, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus», [44] *primum nomen tetragrammaton est, quod proprie ad Deum pertinet, et ineffabile dicitur; secundum commune quod saepe in hominibus invenitur.* Et bene Adonai «dominus unigenitus» Dei dicitur, quia Deus et homo.

[45] *Dominus ergo et Deus, quod dominetur omnibus vel quod*

Dominus potens in praelio ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae, et protector salutarium Christi sui est<sup>430</sup>, populi videlicet Christiani, qui sunt membra unigeniti Dei Filii, Domini videlicet nostri Iesu Christi, qui est super omnia Deus benedictus in saecula<sup>431</sup>.

«Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro.»<sup>432</sup> Bene ergo incitat mystica Iudith populum novum sanguine Salvatoris redemptum, ut cantet Domino hymnum novum, hoc est, Novi Testamenti praedicet sacramentum, quod ideo dicitur novum, quia incarnationem Domini corporeis oculis aetas **nostra** nulla conspexit, alias Deo nihil novum est, quando ante constitutionem mundi universa praescivit.

Hymnus autem Graecis sermo est, id est, laus carminum lege composita, qui hymni erant, quos idolis suis etiam gentilitas personabat. Addidit Deo nostro, ut qualem hymnum diceret, distincte potuissemus advertere<sup>433</sup>.

«Adonai Domine, magnus es tu, et praeclarus in virtute tua, et quem superare nemo potest.»<sup>434</sup> Adonai unum est de decem nominibus Dei apud Hebraeos, et interpretatur Dominus<sup>435</sup>, hoc significans, quod dominetur cunctae creaturae. Ubi notandum, quod ubicumque ponitur secundo, Dominus<sup>436</sup>, ut in praesenti loco, et in Ezechiele, ubi secundum Septuaginta editionem ad principem Tyri sermo loquitur dicens: «Morte incircumcisorum morieris in manibus alienorum, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus (Ezech. XXVIII).» Primum nomen tetragrammaton est, quod proprie ad Dominum pertinet, et ineffabile dicitur secundum commune quod saepe in hominibus invenitur<sup>437</sup>. Et bene Adonai **congenitus** Dei dicitur, quia Deus et homo.

Dominus ergo et **Dominus**, quod dominetur omnibus vel quod timeatur

infatti [è] *forte*, il Signore [è] *valoroso in battaglia*, egli darà virtù e *forza al suo popolo*, [è] *rifugio di salvezza per il suo Cristo*, ossia del popolo dei cristiani, che sono membra dell'unigenito Figlio di Dio<sup>520</sup>, ossia del Signore nostro Gesù Cristo, *egli che è sopra ogni cosa*, Dio benedetto nei secoli.

«Cantiamo un inno al Signore, un canto nuovo cantiamo al nostro Dio.» Opportunamente dunque la Giuditta mistica incita il popolo nuovo, redento dal sangue del Salvatore, a cantare al Signore un canto nuovo, cioè predice il mistero del Nuovo Testamento, che è *ben detto nuovo, perché nessuna nostra*<sup>521</sup> *età aveva visto l'incarnazione del Signore con gli occhi del corpo. Per Dio infatti nulla è nuovo, perché ha previsto ogni sua disposizione prima della creazione del mondo. Inno, poi, è una parola derivante dal greco e significa una lode composta secondo le regole della metrica. E poiché c'erano inni che anche i pagani cantavano ai loro idoli, aggiunge: al nostro Dio, perché potessero chiaramente comprendere di quale inno si parli.*

« Adonai Signore, grande sei tu, mirabile nella tua potenza e invincibile.» Adonai [dunque] è uno dei dieci nomi di Dio presso gli Ebrei, ed è tradotto Signore, poiché significa “che domina tutta la creazione. Al proposito va notato che *ovunque si pone per secondo "Signore"*, come in questo passo, e in Ezechiele, dove *secondo l'edizione dei Settanta* egli<sup>522</sup> svolge il discorso *al principe di Tiro*, dicendo: «*Per mano di stranieri morirai della morte dei non circumcisi, perché io ho parlato. Oracolo di Adonai Signore (Ez 28, 10)*<sup>523</sup>.» *Il primo nome è il tetragramma, che pertiene specificamente al Signore*<sup>524</sup>, *ed è detto ineffabile secondo il sentire comune che spesso si riscontra negli uomini.* E correttamente Adonai è detto congenito<sup>525</sup> di Dio, perché è Dio e uomo.

Signore, dunque, e Signore<sup>526</sup>, poiché domina su tutti e perché è temuto

<sup>430</sup> Sal 23, 8 Vulg.: “Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.”; Sal 27, 8 Vulg.: “Dominus fortitudo plebis suae, et protector salutarium christi sui est.”; VL: “...et protector salutarium christi sui est.”; Hebr.: “...et robor salutarium christi sui est.”. NCEI traduce “Christi” con “consacrato”, e anche Rabano intende così il versetto, come si comprende dalla precisazione che fa subito seguito. Ma la maiuscola invita a ricordare che il popolo cristiano è corpo di Cristo; pertanto in italiano propongo “Cristo”.

<sup>431</sup> Rm 9, 5.

<sup>432</sup> Gdt 16, 15 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 13a NCEI: “13Canterò al mio Dio un canto nuovo:”.

<sup>433</sup> Cassiodoro Expos. in psal. XXXIX, 4 Il testo italiano è tratto da Flavio Magno Aurelio Cassiodoro, “Grazie a te, Signore – commento alle suppliche di ringraziamento”, Prefazione della Comunità certosina di Serra S. Bruno, Introduzione, traduzione e note di Mons. Antonio Cantisani, ed. Jaca Book 2017; Commento al salmo 39, p. 100.

<sup>434</sup> Gdt 16, 16 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 13b NCEI: “13[...] Signore, grande sei tu e glorioso, mirabile nella potenza e invincibile.”

<sup>435</sup> Gerolamo, op. cit., de Regnorum libro II A: “Adonia, Dominator dominus.” / “Adonia, il Signore [è] sovrano.”; cfr anche “De Deo et nominibus eius”: “Septimum, ADONAI, quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur creaturae cunctae, vel quod creatura omnis dominatui ejus deserviat.”. Isidoro, op. cit., VII I 14: “il settimo nome è Adonai, generalmente interpretato come Dominus, ossia Signore, perché Dio domina sull'insieme delle creature, ovvero perché ogni creatura è soggetta al suo dominio. Dominus, quindi è Dio, perché domina su tutti, ovvero perché da tutti è temuto.” / “Septimum Adonai, quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur creaturae cunctae, vel quod creaturaomnis dominatui ejus deserviat. Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis.”.

<sup>436</sup> Gerolamo, Commentaria. In Ezechielem, cap. XXVIII vers. 1ss: “Mortibus incircumcisorum morieris in manibus alienorum, quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus.» Ubicumque juxta Septuaginta secundo ponitur, Dominus, Dominus, primum nomen tetragrammaton est ( ), quod proprie ad Deum pertinet, et ineffabile dicitur: secundum commune ( ), quod saepe in hominibus invenitur. [...] sic ad principem Tyri primum sermo fit prophetalis;”, Ez 28, 10. Non ho reperito traduzioni a stampa in italiano.

<sup>437</sup> Gerolamo, ibidem; vedi nota precedente. Ritengo qui opportuno riportare quanto in proposito è scritto nel cap. II vers. 1ss: “Haec dicit Dominus Deus montibus et collibus, rupibus et vallibus. Quod saepe in hoc Propheta dicitur Adonai Dominus, propter Graecos et Latinos, qui Hebraeae linguae non habent scientiam, breviter exponendum videtur. ADONAI unum nomen est de decem vocabulis Dei, et significat Dominum, quo saepe et in hominibus utimur. Denique et Sara vocans Abraham dominum suum, hoc vocabat nomine (Gen. XVIII). Et ubi dicitur Domine mi rex, Adonai (Exod. XXVIII) scriptum est. Quando igitur duo, Domini et Domini juncta sunt nomina, prius nomen commune est, secundum proprie Dei, quod appellatur ἄρρητον ( ) id est, ineffabile, quod et scriptum fuit in lamina aurea, quae erat in fronte pontificis.”.

<sup>520</sup> Cfr Ef 5, 30 Vulg.: “sicut et Christus Ecclesiam: 30 quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus.”.

<sup>521</sup> La traduzione di cui mi sto servendo legge: “precedente”, secondo l'edizione critica.

<sup>522</sup> L'edizione critica legge: “il Signore”.

<sup>523</sup> Ez 28, 10 Vulg.: “Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.”; VL: “Mortibus incircumcisorum morieris in manibus alienorum: quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus.”. NCEI traduce: “Oracolo del Signore Dio.”; l'italiano viene adeguato al testo.

<sup>524</sup> L'edizione critica legge: “Dio”.

<sup>525</sup> L'edizione critica legge: “signore unigenito”.

<sup>526</sup> L'edizione critica legge: “Dio”.

*timeatur a cunctis*, «quem nemo in virtute superare potest», sed potest per humilitatem et subiectionem placare et ad misericordiam flectere, quia pius et misericors est omnibus qui ad eius benignitatem et clementiam confugiunt.

[46] «Tibi serviat omnis creatura tua, quia dixisti et facta sunt; misisti Spiritum tuum et creata sunt, et non est qui resistat voci tuae» (Idt 16, 17). Nota quod sanctam Trinitatem in hoc carmine haec hymnistria praedicat, hoc est Deum patrem, qui dicto suo, id est per Verbum suum, omnia fecit et per «Spiritum suum cuncta creavit». [47] Huiusmodi est et illud psalmistae, quo ait: «Verbo Dei caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum».

Cuius voci, hoc est iussioni, nullus resistere potest, quia in voluntate eius universa sunt posita, cuius velle facere est.

[48] «Montes a fundamentis movebuntur cum aquis» (Idt 16, 18). Per «montes» superbia demonstratur persecutorum, qui «a fundamentis moventur cum aquis» quando ab iniquis consiliis et seditionibus desistunt, non voluntate tamen, sed necessitate; quia id quod superbe coeperunt, victi potentia Dei ad effectum perducere non possunt.

[49] De qua re aliam comparationem subdidit dicens: «Petrae sicut cera liquescent ante faciem tuam» (Idt 16, 18). Hoc est duritia superbiorum quae se insuperabilem fore credebat, in praesentia adventus tui mollescens deficiet; nam «sicut cera» est ex favis collecta tenera mollisque substantia, quae sic ignis calore resolvitur ut ei corpulentia penitus absumatur, [50] ita quoque iudicio Dei a facie ipsius dispereunt peccatores, quemadmodum cera proximo igne consumitur. Et bene dicit eos a facie Dei esse dissolvendos, quia nunquam ad gratiam ipsius beneficiaque venturi sunt. E contrario, quid illis qui timent Deum eveniat audiamus:

[51] «Qui timent te, inquit, magni erunt apud te per omnia» (Idt 16, 19). Sicut enim contemnentes Deum minorantur ac deficiunt, ita «timentes illum magni erunt apud ipsum per omnia», scilicet in collatione virtutum et in augmento praemiorum.

[52] Post haec redit iterum memorata prophetissa ad exponendas

a cunctis<sup>438</sup>, quem nemo in virtute superare potest, sed potest per humilitatem et subiectionem placare, et ad misericordiam flectere, qui pius et misericors est omnibus, qui ad eius pietatem et clementiam confugiunt.

«Tibi serviat omnis creatura tua, quia dixisti et facta sunt: misisti Spiritum tuum, et creata sunt, et non est qui resistat voci tuae.»<sup>439</sup> Nota quod sanctam Trinitatem haec hymnistria praedicat, hoc est, Dominum patrem, qui dicto suo, hoc est, per Verbum suum omnia fecit, et per Spiritum suum cuncta creavit.

Huiusmodi est et illud Psalmistae, qui ait: «Verbo Dei coeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum (Psal. XXXII)<sup>440</sup>.»

Cujus voci, id est iussioni, nullus resistere potest, quia in voluntate eius universa sunt posita, cuius velle facere est.

«Montes a fundamentis movebuntur cum aquis.»<sup>441</sup> Per montes superbia demonstratur persecutorum, qui a fundamentis moventur cum aquis, quando ab iniquis consiliis et seditionibus desistunt, non voluntate tamen, sed necessitate; quia id quod superbe coeperunt, victi potentia Dei ad effectum perducere non possunt.

De qua re aliam comparationem subdidit dicens:

«Petrae sicut cera liquescent ante faciem tuam.»<sup>442</sup> Hoc est, duritia superbiorum, quae se insuperabilem fore credebat, in praesentia adventus tui mollescens deficiet; nam sicut cera ex favis collecta tenera est, mollisque substantia, quae sic ignis calore resolvitur, ut ei corpulentia penitus absumatur, ita quoque iudicio Dei a facie ipsius dispereunt peccatores, quemadmodum cera proximo igne consumitur.<sup>443</sup> Et tamen dicit a facie Dei eos esse dissolvendos, quia nunquam ad gratiam ipsius beneficiaque venturi sunt.<sup>444</sup> E contrario, quid illis qui Deum timent eveniat, audiamus:

«Qui timent, inquit, te, magni erunt apud te per omnia.»<sup>445</sup> Sicut et contemnentes Deum minorantur ac deficiunt, ita timentes illum, magni erunt apud ipsum per omnia, scilicet in collatione virtutum, et in augmento praemiorum.

Post haec redit iterum memorata prophetissa ad exponendas poenas

da tutti; che nessuno può superare in virtù, ma può placare con l'umiltà e la soggezione, e piegare alla misericordia lui, che<sup>527</sup> è pio e misericordioso con quanti si rifugiano presso la sua pietà<sup>528</sup> e clemenza.

«Ti sia sottomessa ogni tua creatura: perché tu hai detto e le cose furono fatte, hai mandato il tuo Spirito e furono create, non c'è chi resista alla tua voce.» Nota che questa innistria<sup>529</sup> [in questo carne] preannuncia la santa Trinità, cioè: il Signore<sup>530</sup> padre che, per suo dire, ha fatto tutto per mezzo del suo Verbo, e per mezzo del «suo Spirito ha creato tutto». Si esprime in modo simile anche quel Salmista che<sup>531</sup> dice: «Dalla parola del Signore furono fatti i cieli, dal soffio della sua bocca ogni loro schiera (Sal 32, 6).» Alla sua voce, cioè al suo comando, nessuno può resistere, perché tutte le cose sono riposte nella sua volontà; il suo volere è fare.

«I monti sulle loro basi sussulteranno insieme con le acque.» con i monti viene mostrata la superbia dei persecutori che «sulle loro basi sussulteranno insieme con le acque», quando desistono da iniqui consigli e sobillazioni; tuttavia non per volontà, ma per necessità, perché ciò che i superbi intrapresero, vinti dalla potenza di Dio, non possono condurla ad effetto.

A proposito di ciò aggiunse un altro paragone dicendo:

«Davanti a te le rocce si scioglieranno come cera.» Cioè: la durezza dei superbi, che credeva di essere insuperabile, alla presenza del tuo avvento verrà meno ammorbidendosi; infatti come la cera è una sostanza tenera e morbida raccolta dai favi, che si scioglie al calore del fuoco in modo tale che la sua massa si consuma interamente, così anche nel giudizio di Dio i malvagi periscono davanti a Dio così come la mollezza della cera si consuma al fuoco molto vicino. E tuttavia<sup>532</sup> dice che essi si dissolvono davanti a Dio, perché non giungeranno mai alla sua grazia e ai suoi benefici. All'opposto, ascoltiamo cosa succederà a coloro che temono Dio:

«Ma coloro che ti temono saranno grandi dinnanzi a te in tutto.» E<sup>533</sup> così come coloro che disprezzano Dio si rimpiccioliscono e vengono meno, quelli che «lo temono saranno grandi presso di lui in tutto», ossia nel raccogliere le virtù e nell'aumento dei premi.

Dopo ciò, la profetessa in parola torna di nuovo a esporre le pene dei

<sup>438</sup> Gerolamo, «De Deo et nominibus eius»: «Dominus ergo dicitur et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis». Non ho reperito traduzioni italiane. Isidoro, op. cit., VII I 14: «Septimum Adonai, quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur creaturae cunctae, vel quod omnis dominatus eius deserviat. Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis.» / «Il settimo nome è 'Adōnāi, generalmente interpretato come Dominus, ossia Signore, perché Dio domina sull'insieme delle creature, ovvero perché ogni creatura è soggetta al suo dominio. Dominus quindi è Dio, perché domina su tutti, ovvero perché da tutti è temuto.»

<sup>439</sup> Gdt 16, 17 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 14 NCEI: «14Ti sia sottomessa ogni tua creatura: perché tu hai detto e tutte le cose furono fatte, hai mandato il tuo spirito e furono costruite, nessuno resisterà alla tua voce.»

<sup>440</sup> Sal 32, 6 Vulg.: «Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.»

<sup>441</sup> Gdt 16, 18a Vulg. Ed ecco il parallelo v. 15a NCEI: «15I monti sulle loro basi sussulteranno insieme con le acque.»

<sup>442</sup> Gdt 16, 18b Vulg. Ed ecco il parallelo v. 15b NCEI: «15[...] davanti a te le rocce si scioglieranno come cera.»

<sup>443</sup> Cassiodoro Expos. In ps. LXVII, 3. Il testo italiano è tratto da Flavio Magno Aurelio Cassiodoro, «Grazie a te Signore», op. cit.; Commento al salmo 67, p. 162.

<sup>444</sup> Cassiodoro, ibidem. L'edizione critica ci avvisa in nota che il testo di Cassiodoro invece di «dissolvendos» presenta «perituros» e infatti il testo italiano propone «periscono». Rabano, evidentemente, ha voluto evidenziare la simmetria con l'immagine della cera.

<sup>445</sup> Gdt 16, 19 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 15c. 16c NCEI: «15[...] ma a coloro che ti temono tu sarai sempre propizio. 16[...] ma chi teme il Signore è sempre grande.»

<sup>527</sup> L'edizione critica legge: «perché».

<sup>528</sup> L'edizione critica legge: «benevolenza».

<sup>529</sup> A seguito di una rapida ricerca nei vocabolari e in internet oso sospettare che si un neologismo usato solo da Rabano in questa occasione. Non sapendomi decidere come risolverlo in italiano; se «compositrice di inni» o «cantatrice di inni», conio anch'io un neologismo.

<sup>530</sup> L'edizione critica legge: «Dio».

<sup>531</sup> L'edizione critica legge: «dove».

<sup>532</sup> L'edizione critica legge: «correttamente».

<sup>533</sup> L'edizione critica legge: «Infatti».

poenas hostium suorum, ac dicit:

«**Vae genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicavit in eis**» (Idt 16, 20). «Genus suum» dicit **veros** cultores Dei, de quo in psalmo scriptum est: «Haec est generatio quaerentium Dominum, quaerentium faciem Dei Iacob».

[53] E contrario est **alia generatio, hoc est prava et perversa**, de qua Dominus in evangelio ait: «Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas. Ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequemini de civitate in civitatem, ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam».

[54] Huic ergo generationi «vae» erit **in** perpetuum, quia sine ullo fine aeternum illi manet tormentum, iusto iudice sibi recte retribuente, quae illa antea malitiose in proximos suos egerat; unde subiungitur:

«**In die iudicii visitabit illos**» (Idt 16, 20). «Visitabit» utique «illos», non ut superna cum sanctis mercede coronet, sed ut cum diabolo et angelis eius perpetuis poenis excruciet in inferno.

[55] «**Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum, ut urantur et sentiant usque in sempiternum**» (Idt 16, 21). Hinc voce consolatoria Dominus per Esaiam prophetam ad iustos loquitur dicens: «Nolite timere obprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuatis: sicut enim vestimentum, sic commedit eos vermis, et sicut lanam, sic devoravit eos tinea: salus autem mea in **sempiternum** erit, et iustitia mea in **generationem et generationem**».

[56] Non solum enim «in carnes» peccatorum tormenta inferni redundant, sed etiam in animas, quia utraque substantia digne ibi punietur, quae hic poenitentiam peccatorum et bonorum operum fructum agere neglexit. Sed ideo «in carnibus» dicit «ignem et vermes dari», quia *foetor vermium de corruptione solet nasci carnis et sanguinis*; [57] *ideoque caro recens sale conditur, ut exsiccatum umore sanguineo vermescere nequeat.*

*Caro ergo et sanguis vermes creat, quia delectatio carnalis, cui condimentum continentiae non resistit, poenam luxuriosis generat aeternam,*

de quo Salvator in evangelio ait: «**Ubi vermes eorum non moritur et ignis non exstinguitur**». [58]

*In verme putredinem gehennae, sicut in igne ardorem designat;*

*sive vermem dicit seram scelerum poenitudinem,*

*quae nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit,*

hostium suorum, ac dicit:

«Vae genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicavit in eis.»<sup>446</sup> Genus suum dicit **viros** cultores Dei, de quo in Psalmo scriptum est: «Haec est generatio quaerentium Dominum: **requerentium** faciem Dei Iacob (Psal. XXIII)<sup>447</sup>.»

E contrario est **illa** generatio, hoc est, prava et perversa<sup>448</sup>, de qua Dominus in Evangelio ait: «Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas. Ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de civitate in civitatem, ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis intra templum et altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam (Matth. XXIII).»

Huic ergo generationi vae erit perpetuum, quia sine ullo fine aeternum illi manet tormentum, iusto iudice sibi recte retribuente, quae illa antea malitiose in proximos suos egerat; unde subiungitur:

«In die iudicii visitabit illos.»<sup>449</sup> Visitabit utique illos, non ut superna cum sanctis mercede coronet, sed ut cum diabolo et angelis ejus perpetuis poenis excruciet in inferno.

«Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum, ut urantur et sentiant usque in sempiternum.»<sup>450</sup> Hinc voce consolatoria Dominus per Esaiam prophetam ad iustos loquitur dicens: «Nolite timere obprobrium hominis, et blasphemias eorum ne metuatis: sicut et vestimentum, sic comedit eos vermis, et sicut lanam, sic devorabit eos tinea: salus autem mea in **aeternum** erit, et iustitia mea in **generationes generationum** (Isa. LI).»

Non solum enim in carnes peccatorum tormenta inferni redundant, sed etiam in animas, quia utraque substantia digne ibi punietur, quae hic poenitentiam peccatorum, et bonorum operum fructum agere neglexit. Sed ideo in carnibus dicit ignem et vermes dari, quia foetor vermium de corruptione solet nasci carnis et sanguinis. Ideo caro recens sale conditur, ut exsiccatum humore sanguineo vermescere nequeat.

Caro igitur et sanguis vermes creat. Et quia delectatio carnalis, cui condimentum continentiae resistit, poenam luxuriosis generat aeternam<sup>451</sup>,

de quo Salvator in Evangelio ait: «**Ubi vermes eorum non moritur et ignis non exstinguitur** (Marc. IX),»

in verme putredinem gehennae, sicut in igne ardorem designat;

sive vermem dicit seram scelerum poenitudinem,

quae nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit,

suoi avversari, e dice:

«Guai alle genti che insorgono contro il mio popolo<sup>534</sup>: il Signore onnipotente si vendicherà di esse.» Chiama “suo popolo” gli uomini<sup>535</sup> cultori di Dio, di cui nel salmo è scritto: «*Ecco la generazione che cerca il Signore, che cerca il volto del Dio di Giacobbe* (Sal 23, 6).»

Di contro c'è quella<sup>536</sup> *generazione*, cioè *tortuosa e perversa*, di cui il Signore nel Vangelo dice: «*ecco, io mando a voi profeti, sapienti e scribi; di questi, alcuni li ucciderete e crocifiggerete, altri li flagellerete nelle vostre sinagoghe e li perseguiterete di città in città; perché ricada su di voi tutto il sangue innocente versato sulla terra, dal sangue di Abele il giusto fino al sangue di Zaccaria, figlio di Barachia, che avete ucciso tra il santuario e l'altare. In verità io vi dico: tutte queste cose ricadranno su questa generazione* (Mt 23, 34-36).»

Per cui per questa generazione il “guai” sarà perpetuo, perché le rimarrà il tormento eterno senza alcuna fine, dato che il giusto giudice le retribuirà con rettitudine ciò che prima essa aveva fatto con malizia al suo prossimo; per cui soggiunge:

«Li visiterà nel giorno del giudizio.» “Li visiterà”, certo, non per coronar[li] insieme ai santi con la superna mercede, ma per tormentarli con pene perpetue nell’inferno insieme al diavolo e ai suoi angeli.

«Metterà fuoco e vermi nelle loro carni, e arderanno e saranno straziati per sempre.» Per cui, con voce consolatoria, il Signore parla ai giusti per mezzo del profeta Isaia, dicendo: «*Non temete l'insulto degli uomini, non vi spaventate per i loro scherni; poiché le tarme li roderanno come una veste e la tignola li roderà come lana, ma la mia giustizia durerà per sempre, la mia salvezza di generazione in generazione* (Is 51, 7-8).»

Non solo, infatti, i tormenti dell’inferno sovrabbondano “nelle carni” dei peccatori, ma anche nelle anime, perché saranno là degnamente punite entrambe le nature, che hanno qui trascurato di pentirsi dei peccati e di produrre frutti di buone opere. Ma per questo dice che “metterà fuoco e vermi nelle carni”: perché *il fetore dei vermi suole svilupparsi dal disfacimento della carne e del sangue, per questo la carne fresca è condita con il sale, perché, essiccata nell'umore sanguigno, non possa riempirsi di vermi. La carne e il sangue creano dunque i vermi, in quanto il piacere carnale, al quale non viene opposto il sale della continenza, genera per i lussuriosi la pena eterna - il Salvatore al riguardo dice nel Vangelo: «dove il loro verme non muore e il fuoco non si estingue (Mc 9, 48)<sup>537</sup>» - indica nel verme la putredine della geenna, e nel fuoco la fiamma dell'inferno. Oppure raffigura nel verme il tardivo pentimento dei peccati che non cesserà mai di rimordere la coscienza dei dannati in mezzo alle sofferenze, per cui, mentre il fuoco è la pena*

<sup>446</sup> Gdt 16, 20a Vulg. Ed ecco il parallelo v. 17ab NCEI: “17Guai alle genti che insorgono contro il mio popolo: il Signore onnipotente li punirà nel giorno del giudizio.”

<sup>447</sup> Sal 23, 6 Vulg.: “Hæc est generatio quaerentium eum, quaerentium faciem Dei Iacob.”

<sup>448</sup> Cfr Dt 32, 5.

<sup>449</sup> Gdt 16, 20b Vulg. Ed ecco il parallelo v. 17b NCEI: “il Signore onnipotente li punirà nel giorno del giudizio.”

<sup>450</sup> Gdt 16, 21 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 17cd NCEI: “metterà fuoco e vermi nelle loro carni, e piangeranno nel tormento per sempre.”

<sup>451</sup> Beda, Commento al Vangelo di Marco III 9, 49; per il testo italiano propongo la traduzione di Salvatore Aliquò, ed. Città Nuova 1970, 2° vol.

<sup>534</sup> Purtroppo in italiano non riesco a riproporre il gioco lessicale che Rabano tessè intorno alla radice “gen”: “gens” / “genus” / “generatio”. “Gens” pretenderebbe l’italiano “genere” che, purtroppo, non si estende a significare “il gruppo di persone generate da uno stesso padre / capostipite”; ci si potrebbe servire di “generazione” che invece può reggere questa estensione, ma si perderebbe il terzo elemento del gioco linguistico.

<sup>535</sup> L’edizione critica legge: “veri”.

<sup>536</sup> L’edizione critica legge: “altra”

<sup>537</sup> Mc 9, 43. 45. 47 Vulg.; NCEI 9, 44. 46. (omessi) 48; Cfr Is 66, 24.



ut ignis sit poena extrinsecus saeviens, vermis dolor interius accusans.

[59] «Et factum est, post haec, omnis populus post victoriam venit adorare in Hierusalem Dominum, et mox ut purificati sunt obtulerunt omnes holocausta et vota et repromissiones suas» (Idt 16, 22). «Et factum est», inquit, «post haec», id est post necem Holofernis, post hostium fugam et interitum, post congratulationem civium cum Iudith de divino auxilio sibi conlato, et de liberatione sua et laudibus quas pro hoc Domino solvebant; [60] «venit omnis populus adorare in Hierusalem Dominum» et proferre ei ibidem «holocausta, vota et repromissiones»: quia ibi erat templum Dei et altare et sanctificatio praecipua.

[61] Mystice autem significat quod unusquisque electorum, post peractum bellum huius mundi et victoriam certam de hostibus, purificatus ab omni labe peccatorum, properat in supernam civitatem Dei ubi vera est visio pacis, ut ibi offerat conditori suo pura vota cordis, placitam confessionem oris et grata holocausta Deo totius conversationis suae. [62] Quando illud, quod in Apocalipsin de sanctis scriptum est, completur, «Absterget» inquit, «Deus omnem lacrimam ab oculis eorum», tanta illius civitatis et tam celsa de Dei munere claritas apparebit ut nulla remaneant vestigia vetustatis, [63] quandoquidem et corpora caelestis incorruptio sublimabit et mentes aeterni regis pascet intuitus. «Et mors ultra non erit neque luctus, neque clamor neque dolor erit quae prima abierunt» cum, sancta civitate novissimo iudicio glorificata, dolor, luctus et mortalitas tantum in gehenna remanebunt.

[64] «Porro Iudith universa vasa bellica Holofernis quae dedit ei populus, et conopeum quod ipsa sustulerat in anathema oblivionis» (Idt 16, 23), subauditur: obtulit Deo.

Quod ergo «Iudith universa vasa bellica Holofernis, sibi data a populo», consecrabat Domino significat quod sancta ecclesia illas animas, quas diabolus sua malitia delusas in usum ministerii sui, ad opera scilicet impietatis subiectas habuit, [65] ipsa per bonum studium ab illius potestate eruens, vasa acceptabilia aqua et verbo effecit Deo, iuxta illam parabolam evangelii qua Dominus ad Iudaeos loquitur dicens: «Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget et tunc domum eius diripiet».

[66] Cum enim redemptor humani generis principem huius mundi eiecit foras et alligavit fortem, tunc accepit ecclesia ipsius ab eo potestatem ut, vasa hostis diripiens, converteret in vasa pietatis, nec non et studium, quo nefandi seductoris fraudes praedicando detegebat, ipsum etiam pro dono acceptabili offert regi et creatori suo.

ut ignis sit poena extrinsecus saeviens, vermis dolor interius accusans<sup>452</sup>.

«Et factum est post haec, omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum, et mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, et vota et promissiones suas.»<sup>453</sup> Et factum est, inquit, post haec, id est post necem Holofernis, post hostium fugam et interitum, post congratulationem civium cum Iudith de divino auxilio sibi collato; et de liberatione sua, et laudibus quas pro hoc Domino solvebat; venit omnis populus adorare in Jerusalem Dominum, et proferre ibidem holocausta, vota et repromissiones; quia ibi erat templum Dei et altare, et sanctificatio praecipua.

Mystice autem significat, quod unusquisque electorum post peractum bellum huius mundi, et victoriam certam de hostibus, purificatus ab omni labe peccatorum properat in supernam civitatem Dei, ubi vera est visio pacis, et ut ibi offeret Conditori suo pura vota cordis, placitam confessionem oris, et grata holocausta Deo totius conversationis suae. Quando illud, quod in Apocalipsi de sanctis scriptum est, completur: «Absterget», inquit, «Deus omnem lacrymam ab oculis eorum (Apoc. VII).» Tanta illius civitatis, et tam celsa de Dei munere claritas apparebit, ut nulla remaneant vestigia vetustatis. Tunc siquidem corpora caelestis corruptio sublimabit, et mentes aeterni regis pascet intuitus. Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit, quae prima abierunt<sup>454</sup>, cum sancta civitate novissimo iudicio glorificata, dolor, luctus et mortalitas tantum in gehenna remanebunt.<sup>455</sup>

«Porro Iudith universa vasa bellica Holofernis, quae dedit ei populus, et conopaeum quod ipsa sustulerat, de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis.»<sup>456</sup>

Quod ergo Iudith universa vasa bellica Holofernis, sibi data a populo consecrabat Domino, significat quod sancta Ecclesia illas animas, quas diabolus sua malitia delusas in usum ministerii sui, ad opera scilicet impietatis subjectas habuit, ipsa per bonum studium ab illius potestate eruens, vasa acceptabilia aqua et verbo effecit Deo, iuxta illam parabolam Evangelii, qua Dominus ad Iudaeos loquitur dicens: «Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, et tunc domum eius diripiet (Marc. III).»

Cum et Redemptor humani generis principem huius mundi eiecit foras et alligavit fortem, tunc accepit Ecclesia ipsius potestatem ab eo, ut vasa hostis diripiens converteret in vasa pietatis, nec non et studium, quo nefandi seductoris fraudes praedicans detegebat, ipsum etiam pro dono acceptabili offert regi et creatori suo.

che dall'esterno ci colpisce, il verme è il dolore che nell'intimo ci accusa.

«Dopo ciò avvenne che tutto il popolo giunse a Gerusalemme ad adorare il Signore e, appena fu purificato, tutti offrirono olocausti, voti e le loro promesse.» “Dopo ciò”, dice, “avvenne”, cioè dopo l’uccisione di Oloferne, dopo la fuga e l’annientamento degli avversari, dopo il congratularsi dei cittadini con Giuditta per l’aiuto divino accordatole; e della sua liberazione, e delle lodi che scioglieva a Dio per ciò; tutto il popolo venne a Gerusalemme per adorare il Signore, e parimenti offrire olocausti, voti e promesse; perché lì c’era il tempio di Dio e l’altare, e la santificazione precipua.

Misticamente, poi, significa che ciascuno degli eletti, una volta portata e termine la battaglia di questo mondo, e [fatta] certa la vittoria sugli avversari, purificato da ogni macchia di peccati si affretta alla suprema città di Dio, dove c’è la vera visione di pace, e per offrire lì al suo Fattore puri voti del cuore, una accetta testimonianza delle labbra, e graditi olocausti a Dio di tutto il proprio comportamento. Quando sarà compiuto ciò che nell’Apocalisse è scritto a proposito dei santi: «E Dio asciugherà, dice, ogni lacrima dai loro occhi (Ap 7, 17).» La gloria di quella città per il dono di Dio apparirà tanto grande e tanto eccelsa, che non rimarrà nessuna traccia del suo passato. Allora, poiché certo la contaminazione celeste sublimerà i corpi<sup>538</sup>, anche lo sguardo del re eterno nutrirà le menti. “E non vi sarà più la morte né lutto né lamento né affanno, perché le cose di prima sono passate”, quando, “glorificata la città santa con l’ultimo giudizio, restano nella Geenna soltanto il dolore, il lutto e la morte.”

«E Giuditta offrì [- sottinteso: a Dio -], in anàtema di oblio, tutti gli oggetti da guerra di Oloferne che il popolo le aveva dati, e anche la cortina che essa stessa aveva preso dal letto di lui.»

Che dunque Giuditta consacrasse al Signore tutti gli oggetti da guerra di Oloferne datile dal popolo, significa che la santa Chiesa quelle anime che, ingannate con la sua malizia, il diavolo tenne ad uso del suo servizio, sottoposte ad opere di empietà, essa, strappandole con grande impegno dalla potestà di quello, con l’acqua e la parola le rende oggetti graditi a Dio, secondo quella parabola del Vangelo in cui il Signore parla ai Giudei dicendo: «Nessuno può entrare nella casa di un uomo forte e rapire i suoi beni, se prima non lo lega. Soltanto allora potrà saccheggiargli la casa (Mc 3, 27).»

Quando poi<sup>539</sup> il Redentore del genere umano cacciò fuori il principe di questo mondo e legò il forte, allora la Chiesa ricevette da lui la sua potestà, perché, rapendo gli oggetti dell’avversario, li converta in oggetti di pietà, e così pure offre come dono gradito al proprio re e creatore anche l’impegno stesso col quale, predicando, smascherava le frodi del nefando seduttore.

<sup>452</sup> Beda, op. cit., III 9, 44.

<sup>453</sup> Gdt 16, 22 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 18 NCEI: “18Quando giunsero a Gerusalemme, si prostrarono ad adorare Dio e, appena il popolo fu purificato, offrirono i loro olocausti, le offerte spontanee e i doni.”

<sup>454</sup> Ap 21, 4.

<sup>455</sup> Beda il Venerabile, Commento all’Apocalisse., XXXVI 21, 4; per il testo italiano: traduzione e note a cura di Donata Paini, ed. Città Nuova 2015.

<sup>456</sup> Gdt 16, 23 Vulg. Ed ecco il parallelo v. 19 NCEI: “19Giuditta offrì in voto a Dio tutti gli oggetti di Oloferne che il popolo le aveva dati, e anche la cortina che aveva preso direttamente dalla camera da letto di lui.”

<sup>538</sup> Qui la traduzione da me sopra citata segue il testo dell’edizione critica: “... , cioè quando sia l’incorruttibilità celeste eleverà i corpi sia lo sguardo...”, che mi sembrerebbe la soluzione preferibile; ma nel testo propongo comunque una possibile soluzione ad esso fedele.

<sup>539</sup> L’edizione critica legge: “infatti”.

[67] Unde subiungitur: «Et conopeum quod ipsa tulerat in anathema oblivionis». Conopeum ergo, quod rete muscarum esse dicitur, doli sunt quibus imprudentes capiuntur; sed hos anathematizat et damnat sancta mater ecclesia quia illos displicere Domino novit, innocentiam autem placere; iuxta illud psalmistae:

«Innocens manibus et mundo corde qui non accepit invano animam suam nec iuravit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo».

[68] «**Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum**» (Idt 16, 24). Veraciter enim «populus» Dei tunc «iucundus erit» cum pervenerit ad contemplationem vultus conditoris sui, nec non et in hac peregrinatione iam in spe futurorum bonorum quodammodo iucundus et laetus est. Unde dicit Apostolus: «Spe iam salvi facti sumus». [69] Et iterum: «Spe» inquit, «gaudentes, in tribulatione patientes». Hinc et ipsa Veritas in evangelio discipulis ait: «Cum vos persecuti fuerint et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete et exultate quia merces vestra copiosa est in caelis».

[70] «**Et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum Iudith**» (Idt 16, 24). Quid est «per tres menses gaudium huius victoriae celebrare cum Iudith» nisi quemlibet sanctorum fide, spe et caritate in incolatu istius mundi cum matre ecclesia congratulari et pro viribus certare ut, divina gratia adiutus, *integrum* et *sine querella spiritum* suum, *animam et corpus in adventum Domini nostri Iesu Christi* conservet?

[71] *Fides* enim, Domino testante, hominem *salvum facit*. Et de spe psalmista ait: «Qui sperat in Domino non confundetur in aeternum». Hinc et Iohannis apostolus de caritate dixit: «Qui manet in caritate in Deo manet, et Deus in eo».

[72] «Per tres menses» ergo huiuscemodi «gaudium celebrat» omnis qui ad aeternam beatitudinem recte pervenire desiderat, et pia intentione, recta locutione atque bona operatione vitam *praesentem* ducendo adventum iudicis sui sollicitus exspectat. Cum autem ille venerit et tempus laboris *istius* transierit, tunc fiet quod sequitur:

[73] «**Post dies autem illos unusquisque redit in sua**» (Idt 16, 25). Quia finito iudicio, accepta sententia, sancti Dei de peregrinatione istius mundi migrabunt ad *possidendum regnum Patris aeterni*, quod *paratum* est illis ab origine mundi.

[74] «**Et Iudith magna facta est in Bethulia et praeclarior erat**

Unde subiungitur: «Et conopaeum quod ipsa sustulerat, in anathema oblivionis». Conopaeum ergo, quod rete muscarum esse dicitur, doli sunt, quibus imprudentes capiuntur. Sed hos anathematizat et damnat sancta mater Ecclesia, quia illos displicere Domino novit, innocentiam autem placere; juxta illud psalmistae:

«Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo. (Psal. XXIII)»<sup>457</sup>

«Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum.»<sup>458</sup> Veraciter et tunc populus Dei iucundus erit, cum pervenerit ad contemplationem vultus conditoris sui, nec non et in hac peregrinatione iam in spe futurorum bonorum quodammodo iucundus et laetus est. Unde dicit Apostolus: «Spe jam salvi facti sumus (Rom. VIII).» Et iterum: «Spe,» inquit, «gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII).» Hinc et ipsa Veritas in Evangelio ait: «Cum vos persecuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete et exultate, quia merces vestra copiosa est in coelis (Matth. V).»

«Et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum Iudith.»<sup>459</sup> Quid est per tres menses gaudium huius victoriae celebrare cum Iudith, nisi quemlibet sanctorum fide, spe et caritate in incolatu istius mundi cum matre Ecclesia congratulari, et pro viribus certare, ut divina gratia adiutus, *integrum* et *sine querella spiritum* suum, *animam et corpus in adventum Domini nostri Iesu Christi*<sup>460</sup> conservet.

*Fides* enim, Domino testante, hominem *salvum facit*<sup>461</sup>. Et de spe psalmista ait: «Qui sperat in Domino, non confundetur in aeternum (Psal. XXX)»<sup>462</sup>. Hinc et Joannes apostolus de caritate dixit: «Qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo (I Joan. IV).»

Per tres menses ergo huiuscemodi gaudium celebrat omnis qui ad aeternam beatitudinem recte pervenire desiderat, et pia intentione, recta locutione atque bona operatione vitam *perfectam* ducendo adventum iudicis sui sollicitus exspectat. Cum autem ille venerit, et tempus laboris *illius* transierit, tunc fiet quod sequitur:

«Post dies autem illos unusquisque redit in sua.»<sup>463</sup> Quia finito iudicio acceptae sententiae sancti Dei de peregrinatione istius mundi migrabunt ad *possidendum regnum Patris aeterni*, quod *paratum* est illis ab origine mundi<sup>464</sup>.

«Et Iudith magna facta est in Bethulia, et praeclarior erat universae

Per cui viene aggiunto: «e anche la cortina che aveva preso in anathema di oblio.» La cortina dunque, che si dice essere la zanzariera, sono le insidie con cui vengono catturati gli imprudenti. Ma la santa Chiesa li anatematizza e condanna, perché ha conosciuto che dispiacciono al Signore, e che invece [gli] piace l'innocenza, secondo quel [passo] del salmista: «*Chi ha mani innocenti e cuore puro, chi non ha ricevuto invano l'anima sua, chi non giura con inganno contro il suo prossimo. Egli otterrà benedizione dal Signore, misericordia da Dio sua salvezza.*» (Sal 23, 4-5)»

